Respondeo dicēdū q̄ gratia dupliciter potest accipi: vel quodcūq; excitatiuuz volūtatis exhibitum hoi ab ipsa diuina prouidētia: qua oibus rebus gratis impēdit ex sua bonitate ea que ipsis conueniūt: vel aliquod donuz habituale in aīa receptum: quod gratis a deo cōfertur. Si ergo primo modo accipitur gratia: nulli dubiuz ē q̄ hō sine gratia dei nō potest se p̄parare ad habēduz gratiaz gratū faciēte. vt enim. 8. phys. ostēditur mutatio volūtatis effici nō pōt sine aliquo mouēte per modū excitātis. oē enim motuz necesse ē ab alio moueri: nec differt quicquid sit illud quod huiusmōi variationis occasionē prebeat: quasi volūtatē excitādo: siue sit admonitio hois vel egritudo corporis: vel aliquid huiusmōi que oia cōstat diuine prouidētie subiecta eē: z i bonū electoruz ordinata. Unde quicquid illud fuerit qō hoiez excitauerit ad conuertēduz se: vt gratiaz gratuz faciētem accipiat gratia gratis data dici pōt: z sic sine gratia gratis data hō se ad gratiam nō p̄parat: z etiaz si gratia gratis data dicatur ipse actus lib. arb. quē deus in nobis facit: quo ad gratiā gratuz faciētē p̄paramur. Si autē accipitur gratia pro aliquo munere habituali aīe ifuso: sic duplex ē opinio Quidaz enim dicūt q̄ nullus potest se ad gratiā gratū faciēte p̄parare: nisi p aliqō lumē mēti ifusuz: qō est donum gratie gratis date. Istud autē nō videt cōueniēs: q̄z p̄paratio que ē ad gratiā nō est p actus q̄ sint ipsi gratie equādi equalitate proportiōis: sicut meritum equatur premio: z ideo nō opz vt actus quibus homo se ad gratiā habēdā p̄parat: sint naturaz būanam excedētes: sicut enim natura būana se habet i potētia materiali ad gratiā: ita actus virtutū naturaliū se bñt vt dispositiōes materiales ad ipsaz. vnde nō exigit ad hoc vt hō ad gr̄az se p̄paret aliqō aliud lumē gratie precedēs. ¶ Et preterea fz hoc eēt abire in infinitū: quia illud etiā lumē gratie gratis date nō dat alicui: nisi qui ad illud recipiēdū p̄parauit alīs oibus daretur: qō nō pōt itelligi nisi forte gratia gratī data dicatur naturale lumē rōnis: qō ptinet ad bona nālia z nō ad gratuita nisi large accepta. Si autē preparatiōe idiget talis gr̄a gratis data: tūc redibit questio de ista p̄paratiōe vtruz i eam possit homo ex se vel nō: z sic vel abiretur in infinitum: vel erit deuenire ad aliquā gratiam ad quā homo per se p̄parare potest se: z nō est ratio efficax quare hoc magis i vna gr̄a sit q̄z in alia. Et ideo alys consentiēdo dicimus q̄ ad gr̄am gratuz faciēte habendā ex solo libero arbi. se homo potest preparare. faciēdo enim quod in se est gratiā a deo consequitur: hoc autem solum in nobis ē quod in potestate lib. arbi. constitutum est.

Ad primum ergo dicēdū q̄ directio gressus specialis nō potest eē nisi a deo: sine cuius prouidētia nullus bonum contingit: nec tamē oportet q̄ hoc per aliquē bitum infusuz fiat si directio gressuū ad preparationē ad gr̄az gratuz faciētez precedētez referat. ¶ Ad scōz dicēduz q̄ homo nō pōt se ad gratiaz prepara re nec aliqō bonū facere sine dei auxilio: z iō rogādus est vt nos ad se conuertat z etiā alios: nec tamē oportet q̄ illud auxiliuz semp sit per aliquē bitum infusuz: sed pōt eē p multa q̄ exterius sunt salutis occasio: z p ipsuz actuz interiorē quē deus in nobis causat. ¶ Ad tertiuz dicēdū: q̄ claritas illa q̄ circūfulsit Paulum: fuit claritas corporalis q̄ fuit q̄dā occasio q̄ ipsuz induxit. vt se ad gr̄az hūdaz p̄pararet: deyciēdo ipuz z cōterēdo: z cum se ad gr̄am preparauit gr̄am cōsecutus ē: nō tamē oportet q̄ anteq̄z gr̄az gratum facientez acceperit sibi aliquod lumē gratie gratis date infusum fuerit. vnde non dicitur q̄ intus in ipso fulserit claritas: sz q̄z eum circūfulsit q̄si exterius: ita etiā alys qui ad deum cōuertuntur occasiōes salutis deus preparat. ¶ Ad q̄rtuz dicenduz q̄ etiā ad fidē hūdā aliquis se p̄parare pōt per id qō in nāli rōne est. vnde dicitur q̄ si aliquis i barbaris natus natiōibus qō in se ē faciat: deus sibi reuelabit illud quod ē necessariū ad salutē: vel īspirādo: vel doctorē mittēdo. vñ nō opz q̄ bitus fidei p̄cedat p̄parationē ad gr̄am gratū facientē: sz sil'hō se p̄parare pōt ad fidē hūd ā: z ad alias vtutes z gr̄am hūdā. ¶ Ad quintū dicendū q̄ quāuis p timorē seruilē charitas iducatur: tamē nō est necessariū vt timor seruilis charitatē p̄cedat. timor. n. seruilis semp cū pctō mortali hētur. multi autez charitatē consecuti sunt: qui nunq̄z mortal'r peccauerunt. vnde obiectio nihil probat ad propositum.

¶ Utr̄ hō possit scire aliqd vez sine gr̄a. V.

Ad quintum sic p̄ceditur. videtur q̄ sine gr̄a hō nihil verū scire possit. p̄rio p id qō dr̄ p̄me Cor. iz. Nemo pōt dicere dñs iesus nisi i spū sctō. vbi dic̄ Ambro. q̄ oē verū a quocūq; dicat a spū sctō ē: sz spūssanctus nō bīrat i nobis nisi p gr̄az. ergo nullū verū dici aut sciri sine gr̄a pōt. ¶ p̄. reuelatio dīna nō fit nisi p ifusionē alicui⁹ luminis gratis dati: sz ad Ro. p̄mo dr̄ q̄ ds illis. f. pbis reuelauit ea q̄ ēt nāli rōe cognouerūt. ergo nulla cognitio veritatis pōt eē sine aliquo lumie gr̄e ifuso ¶ p̄. facilior via ē cognoscēdi aliqd p doctrinā q̄z p inuētionē: sz sicut Aug. i lib. de magro dicit: nullus pōt docere exterius nisi iterius ds doceat. vñ pz q̄ p doctrinā cognitionē vitatis hō bre nō pōt nisi p gr̄e auxiliuz iteri⁹ operātis. ergo multo minus p inuētionē: z ita nullo mō: q̄z oē qō qs nouit discēs vl'inueniēs nouit. vt pbus dicit. ¶ p̄. sicut se hz lux corpalis ad visuz: ita se hz lux spūalis ad itell'z: sz nihil pōt videri corpal'r nisi p ifluxū lucis corpalis: z p̄cipue maxie lucētis qō ē sol. ergo nihil pōt itelligi nisi p ifluxū lumis spūalis a deo: z B ē gr̄a. ergo nullū verū sine gr̄a sciri pōt. ¶ p̄. q̄cūq; sūt in gñe aliquo reducūtur: sicut in cām: in vnū primū qō est maximū in gñe illo: sed p̄mū in gñe itellectuoz ē ipse ds. ergo est maxie itelligēs: z cā intelligēdi oib⁹ itelligētibus: sz nō causat aliqd i nobis nisi aliqd ifluendo. q̄ nō possumus aliqō vez intelligere sine

Contra. (infusione alicuius gratie. Damas. dicit q̄ nulla res destituit propria operatiōe: sz intelligere vez est ppria opatio itellectus. ergo sine oi gr̄a supaddita veri cognitionem bre pōt. ¶ p̄. nō est impotentioz itellectus i itelligēdo q̄z sensus i sentiendo: sz sensus sine gr̄a pōt sentire sensibilia. ergo z itellis sine gr̄a potest intelligere intelligibilia.

Respondeo Dicendum q̄ verozum quenam sūt nāli rōni ꝓportionata. quedaz nālez rōnem excedunt. Illa nālem rōnem excedunt q̄ non possūt ꝯcludi ex p̄mis p̄ncipys p se notis. cū. n. ppria p̄ncipia sint sicut instrumēta itell'us agētis. vt cōmētator dicit in

tertio de anima:oportet ea eē proportionata virtuti eius sicut organa corporalia sūt proportionata virtuti motiue vnde que ex primis principijs cōcludi nō possunt naturale lumen intellectus excedūt.huiusmōi autē sunt ea que fidei sūt ⁊ futura cōtingentia ⁊ huiusmodi.⁊ ideo horum verorum cognitio sine lumine gratie gratis date haberi non potest:sicut est lumen fidei:⁊ etiā prophetie ⁊ aliquid huiusmodi.Si autem loquamur de illis veris que naturali ratione proportionata sunt:sciendum est q̄ circa hoc est duplex opinio.Quidam enim dicunt.vt supra dictum est q̄ ītellectus agens est vnus oīum:intellectum agentē deuz esse dicēres:⁊ cum ītellectus agēs se habeat:hoc modo ad ītelligibilia:sicut luciduz ad visibilia:volūt q̄ sicut nō potest videri aliquid visibile nisi per emissionez radij corporalis:ita nō possit ītelligi aliqō ītelligibile sine noua emissiōe radij spiritualis:q̄ē gratia gratis data.Sed hec positio ꝓueniēs nō est.vt supra dictum est.nō enim ītellectus agēs est aliqua suba separata:vl deus:vt quidā theologi dicūt:vel ītellectiua vt plures philosophorum.vt supra dictum ē:sz nālis virtus ipsius rōnalis aīe:nec tamen oporteret hac positiōe suppositā vt semp noua infusio gratie fieret i cuiuslibet veri cognitiōe:eo q̄ infusio ⁊ emanatio spūaliū donorū nō est successiua per modū motus:sz ē fixa:⁊ ꝑmanēs.vñ fm vnā irradiationē spiritualez ītellectus possibilis ad oīa sibi proportionata cognoscenda pficeret.Alior vero opinio est q̄ ītellectus agēs sit quedaz potētia aīe rōnalis.⁊ hec sustinēdo nō pōt rōnabiliter poni q̄ oporteat ad cognitionez veri talis de quo loquimur aliquod aliud lumen superinfundi.Quia ad hoc verū intelligēdum sufficit recipiēs speciē ītelligibilē:⁊ faciēs speciē esse ītelligibilē in actu:⁊ vtrūq̄ ē per virtutē nālē ipsius aīe rōnalis nisi forte dicat:q̄ ītellectus agēs insufficiens ē ad hō:⁊ ita nā hūana alys īperfectior eēt que nō sibi sufficeret in naturalibus operatiōibus.Et ideo dicēdū ē q̄ hec vera sine oī lumine gratie supaddito ꝑ lumen nāle intellectus agentis cognosci possunt.

Ad primuz dicendū q̄ sicut deus operat in nā et ꝓtinet virtutē nālē:ita ēt opat i ītellectu ⁊ continet virtutem ītellectiuam.vnde sicuti nullum opus naturale est nisi i deo:sicut i continente nec ambulatio.nec aliquid huiusmōi:ita etiam nec cognitio veritatis est nisi i spū sancto qui i ītellectu operat:⁊ ipuz cōseruat.

¶ Ad 2m dicēdū q̄ sicut ibidē i glo.exponitur:ꝓ tāto dr eis deus reuelasse:quia nālem rōnem eis dedit:⁊ creaturas cōdidit i qb⁹ maiestas creatoris cognosci poterat:⁊ nō ꝑ aliqō lumē gratie nāli lumini superadditum.¶ Ad tertiū dicēduz q̄ sicut dicit Aug.i ꝓmo de doctrina xp̄iana:ille q̄ docet silis est ei qui mouet digitū ad aliqd ostendēdum.vnde sicut hō pōt exterius mouere digitū vt aliquid ostēdat nō autē pōt ꝓferre virtutē visiuam per quā ille qui docet doctrinā visibilē aduertat:ita etiaz pōt hō exterius v̄ba ꝓferre que sūt signa veritatis.nō tn veri intelligēdi vtutē p̄bere q̄ a solo deo ē.ꝑ tāto.ergo dr ipse solus deus docere:q̄ vim ītelligēdi i nobis ꝓtinet ⁊ causat:nō ex hoc q̄ i q̄libet cognitiōe vitatis nouū lumē gra supinfundat:q̄liter autē diuersimode deus angeli ⁊ hō docere dr dictum ē supra di.9.¶ Ad q̄rtū dicendū:q̄ ipsum lumē ītellectus agētis est quedam irradiatio p̄me lucis fm q̄ Dio.4.cap̄o de.di.no.dicit q̄ oēs bonitates i creaturis participate sūt quidam radij diuine bonitatis.⁊ ideo nō oportet q̄ huic irradiatiōi aliud lumē superaddatur i his que naturali ratiōi sūt subdita.¶ Ad quintum dicendum q̄ ipse deus est causa cuiuslibet nostre cognitōis:nō tn oz q̄ hō fiat ꝑ ifluxū alicuius gre:sz ꝑ ifluxū nālis luminis:qō gdē lumē ab ipso ē. ¶ Expositio textus.

Vt sine hac credāt hoiem posse facere oīa dei mandata ⁊c.)Intelligebāt vt simplr impleri possint fm q̄ sūt efficacia ad vitam eternaz promerēdaz.(Ad hoc tamē iuuāte nos per suaz legē ⁊c.)Ex hoc patet q̄ Pelagius ponebat eoz que in lege sunt aut que ad fidez pertinent cognitionē a nobis habere nō posse per naturalē virtutē ratiōis:⁊ i hoc recte sentiebat.(Recte a mortalibꝰ vitii ñ potest ⁊c.)Ut ītelligatur rectitudo que ē necessaria ad opus meritorīū:nec tamē sequit si hō nō potest hō sine gratia q̄ nō possit cauere transgressionem futuram:sicut pelagius videbatur arguere ex vno aliud volens concludere.(Id enim ꝓtra manicheos dixit ⁊c.)Uidetur q̄ hec responsio nihil valeat:quia dictuz Augu.⁊ si obuiet positioni istorum:nihilominus potest cōfirmare positionem quā pelagius astruere videbat.⁊ vr q̄ obuiet p rōnē eādē Sed dicēdum q̄ nō sequitur:quia opinio manichei erat q̄ volūtas erat determinata ad vnū faciēdū:qō si eēt ab ea rō culpe ⁊ laudis ⁊ vitupery auferretur:sicut ab illis q̄ agunt per necessitatem nature:sed q̄ fides catholica ponit hoiem non posse se a peccato liberare:qō incurrit vel per actum proprium vel per originē viciatum:non est ex determinatione volūtatis ad vnum:sz ex eius insufficiētia ad p se acquirēdū illud sine quo a peccato liberari nō potest:nec diuina mādata implere pfecte sine gratia.Unde ñ eodē modo auctoritas Aug.vtriq̄ obuiat.(In potestate quippe hominis ⁊c.)Sciēdū q̄ imitatio volūtatis in melius dupl̄r potest ītelligi vel fm bonitatē ciuilem:⁊ sic hō ꝑ potestatez naturalē quā a deo accepit:pōt voluntatē mutare i melius:sicut i ꝑdicamētis dr prauus ad meliores exercitatiōes deductus:⁊ doctrinas pficiet vt melior sit:vl fm bonitatē gratuitā.vt.s.acgrat gram quā prius nō habuit:⁊ hō nō potest ex potestate nāli:sed ex ptāte gre ꝑ quā merē gre augmētum ⁊ ꝓsumationem.

¶ Utz hō ante pctm̄ egerit gra operāte ⁊ cooperāte.⁊ q̄ operāte ⁊ cooperante gra egerit:sz operāte nō egit secūdum omnem modum quo ipsa operatur. ¶ Distin. XXIX.

Post hec cōsiderandū ē:vtz hō ante pctm̄ egerit gra operāte ⁊ cooperāte.Ad qō breuiter dicim⁹:q̄ nō cooperāte tm̄:sz etiam operāte gra indigebat:nō quidē fz oēz operandi modū operātis gre.Operat.n.liberādo ⁊ p̄parando volūtatez hois ad bonū.Egebat itaq̄ hō ea:nō vt liberaret volūtatē suā q̄ peccati serua nō fuerat:sz vt p̄pararet ad volēdū efficaciter bonū qō p se nō poterat:non.n.poterat bonū mereri sine gra.vt Aug.in ench.euidenter tradit.Illā inqt imortalitatē in q̄ poterat nō mori nā hūana pdidit p li.ar.Hāc vero in q̄ nō poterit mori acceptura ē p graz:quā fuerat si ñ peccassz acceptura p meritū q̄uis sine gra.nec tūc vlluz meritū eē potuisset:qz ⁊ si peccatuz in solo erat arbitrio cōstitutū:ñ tn iusticie habēde vel retinende sufficiebat lib.arbi.nisi diuinum ꝓueberetur adiutoriū.Ecce bis verbis satis ostenditur q̄ ante peccatum homo indigebat gratia operāte ⁊ cooperāte.Nō.n.hēbat quo pedem

mouere posset sine gratie operātis ⁊ cooperā-
tis auxilio. habuit tñ quo poterat stare.

¶ Qz homo ante lapsum virtutes habuerit.

Quercā q̄ri solet vtz hō añ lapsū vir-
tutē hūerit. Quibusdā vr̄ q nō būit:
id ita ꝓbare conātib⁹. Justitiā iquit
nō būit: qz p̄ceptū dei ꝓtēpsit. nec pru-
dētiā: qz sibi ñ puidit. neqz tpantiā: qz aliena ap-
petit. nec fortitudinē: qz prave suggestiōi cessit
Quib⁹ rñdētes dicim⁹ eū qdē nō tūc būisse bas
virtutes qñ peccauit: ꝫ añ: ⁊ tūc amisisse. Qz mł
tis testimōijs sctōz ꝓbat. ait. n. Augu. i q̄dā
homelia. Adā pdita charitate mal⁹ inēt⁹ē. Itē
Priceps viciorū dū vicit Adā ō limo terre ad
imaginē ōi fcīm: pudicicia armatū: tpantia ꝓpo
situ: charitate splēdidu⁊: prios pentes ill⁹ donis
actātis bōis expoliauit pariterqz petmit. De ō
codē. Amb. ad sabinū ait. Qñ Adā sol⁹ erat ñ ē
puaricat⁹: qz ei⁹ mēs deo adherebat. Sup psal
mū quoqz dic q hō añ pctm̄ btissim⁹: aurā car
pebat ethereā. ſz qño sine virtute btissim⁹ erat:
Aug. quoqz sup Genesiz dic. Adam añ pctm̄
spūali mente pditū fuisse. Nō est ergo dubitan-
dū hoiez ante pctm̄ virtutibus fulsisse: sed illis
per peccatum spoliatum fuisse.

¶ De eiectione hominis de paradiso.

Illi⁹ quoqz pctī penā eiect⁹ ē de pa
radiso i istū miseriaz locū: sic i genesi
legit. Nūc ḡ ne forte mittat manū su
am: ⁊ sumat ō ligno vite: ⁊ comedat
⁊ viuat in eternū: emisit eū de⁹ de paradiso vo
luptatis. Quis verbis insinuari vr̄ q nunqz mo-
reretur si postea de illo sumpsisset ligno.

¶ Qño intelligenduz sit illud ne sumat de ligno
vite ⁊ comedat ⁊ viuat i eternū.

Sed qz p pctm̄ iā mortuū corp⁹ hēbat
illa virba ex tali itellu accipi pnt. De-
us mō irati loquēs ō hoie supbo ait.
Videte ne forte mittat ma. su. ⁊c. i. cauete vos
āgeli ne comedat ō ligno vite quo idign⁹ē. De
quo si pstitisſz cōederet ⁊ viueret i eternū. Sz
mō pp iobediētiā idign⁹ē comedeř. Et sic virbo
dixit ita ope exhibuit. Emisit. n. eū de⁹ ō padiso
voluptatis i locū sibi ꝓgruū: sic plerūqz mal⁹ cū
inter bonos viuere ceperit: si in melius mutari
noluerit: de bonorū cōgregatione pellitur pō-
dere prave consuetudinis pressus.

¶ De flāmeo gladio añ paradisum posito.

Ne vo possz ad illud accedere collo-
cauit ds añ padisuz Cherubin: ⁊ flā-
meū gladiū atqz virsatilē ad custodiē-
dā viā ligni vite. qđ iuxta lram pōt ꝫ
mō accipi. Qz p ministeriū āgelorz ignea custo
dia illi ꝓstituta fuit. Hoc. n. p celestes prātes in
paradiso visibili factū eē credēdū ē: vt p angeli-
cū misteriū ibi eēt q̄dā ignea custodia: ñ tñ fru-
stra: ſz qz aliqd signāt de paradiso spūali. Che
rubi. n. iterp̄tat plenitudo scie. h ē charitas: qz
plenitudo legis ē dilectio. Gladi⁹ āt flām⁹ pe-
ne tpales sūt q virsatiles sūt. qñ tpa volubilia sr̄
Illa ḡ ad custodiā ligni vite. iō posita sūt añ pa
radisū: qz ad vitā nō redit nisi p Cherubi. s. ple
nitudinē scie. i. charitatē: ⁊ p gladiū versatilē. i.
tolerantiā passionum temporalium.

¶ An hō ante pctm̄ comederit de ligno vite.

Dicit aūt q̄ri vtz de ligno vite añ pctm̄
comederit hō. De hoc aug. i li. ō bap.
puu loz sic ait. Recte pfecto itelligūr
primi hoies añ malignā dyaboli psua
sionē abstinuisse a cibo vetito: atqz vsi fuisse cō
cessis. Quis vbis oñdit q de ligno vite añ pctm̄
sumpserint: qbus p̄ceptū erat vt de oi ligno pa
radisi comederēt: nisi ō ligno scie boni ⁊ mali.

¶ Quare non sunt facti immortales si come-
derint de ligno vite.

Quare ḡ ppetua soliditate ⁊ btā imor-
talitate vestiti ñ sr̄: vt nulla infirmitate
vl̄ etate i ōteri⁹ mutarēr̄: Hāc. n. virtu
tē nāl̄r illud lignū būisse dr̄. Sz forte
ñ ō cōferebat: nisi sepe de illo sumereř. Potuit
ḡ fieri vt ō illo sumeret semel ⁊ ñ sepi⁹: q p aliqz
morā i paradiso fuisse intelligīr: cū scriptura di
cat eū ibi soporatū fuisse quādo costa de latere
eius assumpta ē: ⁊ inde formata mulier. ⁊ alia
lia ante eū ducta: qbus nomina imposuit.

¶ Divisio textus.

Postquā determinauit de grā absolute.
Hic determinat de ea p ꝓpara
tiōez ad statū p̄mi hois i p̄mo statu. Et diuidi
tur i partes duas. In p̄ma iquirit an hō i p̄mo
statu grām habuerit. Scō determinat quā penā p pecca-
to incurrerit. ibi. (In illi⁹ quoqz pctī pena ⁊c.) ¶ Circa pri
mū duo facit. Prio iquirit an hō i p̄mo statu grā eguerit.
Scō an virtutes gratuitas habuerit. ibi (Primū queri so
let ⁊c.) (In illi⁹ quoqz ⁊c.) Hic determinat penā quā hō i-
currit p pctō quo grāz ⁊ virtutē amisit. Et diuidit in duo.
Prio determinat penā. Scō oñdit veritatē cuiusdā qō-
nis ex pdictis occasionate. ibi. (Pōt ēt q̄ri ⁊c.) ¶ Circa
primū duo facit. Prio oñdit q Adā p pctō ⁊ locū delitia-
rū ⁊ cibū saluberrimū amisit. Scō quo ꝫ speditus ē ab ei⁹
recuperatione. ibi. (Ne vo posset ad illud accedere ⁊c.)
¶ Circa p̄mū duo facit. Prio oñdit penā ex vbis scriptu-
re. Scō mouet q̄sdaz dubitatiōes ex vbis illis: quā prio
mouet. ibi. (Dis vbis insinuare ⁊c.) Scō soluit. ibi. (Sz
qz p pctm̄ ⁊c.) (Pōt aūt q̄ri ⁊c.) Hic mouet quādā dubi-
tationē ex pdictis occasionataz. s. an hō añ pctm̄ de ligno
vite comederit. Et primo determinat q sic. Secūdo mo-
uet iterum dubitationē cōtra hec ortam ⁊ determinat eā
ibi. (Quare ergo perpetua soliditate ⁊c.)

¶ Questio. I.

Hic .v. q̄runtur. Prio an hō in statu innocentie gr̄a idiguerit. Secūdo an gratiā habuit. Tertio si habuit vtrū gratia hūani gn̄is si innocētia pstitisset fuisset maior q̄ modo sit. Quarto vtruz actus hūani fuissent efficaciores ad merendū. Quinto de pena que in lr̄a ponit hoiem propria transgressione consecuta.

¶ Utz nā i statu innocētie eguerit gr̄a. I.

Ad primuz sic pcedit. videtur q̄ hō i statu innocentie gratia nō eguerit. Ad hoc.n. gr̄a dat hoibus vt deo sint accepti: sz cum hūana nā integra erat sine aliq̄ corruptiōe pcti hō ex bonitate nāli deo acceptus erat. oē.n. bonū z pcipue malo ipmixtū deo acceptū ē. g̃ gr̄a supaddita ñ idigebat. ¶ P. gr̄a diuidit i operātē: z cooperātē: sz nō idigebat i statu illo gr̄a operāte: q̄ ipi⁹ ñ erat: cū tñ effect⁹ gr̄e operāt sit ō ipio facere piū: nec iterū cooperāte: q̄ nullā difficultatē ad bonū agēdū patiebat: gr̄a vo cooperās ad hoc dat: vt hō bonū facile facere possit. ergo nulla gr̄a indigebat. ¶ P. vt dicit deutro. 32. dei pfecta sūt opera. nō aūt eēt i dīnis opibus pfectio: si aligs gradus nobilitatis polīs eēt i creaturis q̄ ist̄itut⁹ a deo nō eēt. ergo oīs gradus bonitatis poīs i creaturis i rez nā inuenit: sz poterat ōs talē nāz ordere q̄ p ppria nālia vitam eternā mereret: alias nō eēt oīpotēs: cū igit nlla alia creatura B magis hr̄e videat q̄ hō vel āgelus. vr̄ q̄ B eis ꝓueniat: z ita si nā hūana pura eēt: sic i p̄mo statu erat hō: gr̄a nō idigeret ad vitā eternā pmerēdā. ¶ P. pena nūquā p cedit culpā: cū sit effectus eius: sz carētia visiōis dine ē pena originalis culpe. ergo si i nā hūana nō fuisset culpa nec ēt ibi fuisz carētia dine visiōis: sz poterat hō i statu innocētie oī culpa carere absq̄ gr̄a. ergo z gr̄a nō indigebat ad B vt ad dei visionē pueniret. ¶ P. ad B gr̄a dat hoi vt p̄eā deo ꝓfiguret z assimilet: sz ex ꝓditiōe nāe sue hō ad imaginē z silitudinē dei factus est. ergo si natura in eo integra maneret alia gratia nō indigeret.

Contra. Ro. 6. dr̄. Hr̄a āt dei vita eterna: sz necesse erat homini vt ad vitam eternā pueniret. ergo idigebat gr̄a p quā ad eā puenit. ¶ P. pctm̄ nāz humanā nō mutauit: sz eadē manet aī z post: sz meritū vite eterne excedit virtutem nature post peccatum. ergo etiā excedebat vires eius ante peccatum. ergo indigebat gratia per quā vitam eternam mereretur.

Respōdeo dōz q̄ duplex ē necessitas. Una absoluta q̄ ē ex p̄ioribus causis vt ex māli et formali: ex gb⁹ ꝓponūtur res: vt q̄ oē ꝓposituz ex ꝓuys nec esse ē corrūpi z bō. Alia vo ē ꝓditionata ex suppositiōe finis: vt si serra ōbeat facere serre opus. s. sectionē: necesse ē eā dētes ferreos hr̄e. Hec āt necessitas ē duplex: q̄dā. s. sine q̄ nō pōt bn̄i finis intentus: sicut sine cibo nō pōt bn̄i cōseruatio vite: q̄dā vo sine q̄ nō pōt aligs ad finez de facili ptingere: sicut dr̄ equus necessarius hoi ad pagēdū iter: z nomē vtilitatis cōe ē vtriq̄ modoꝝ necessitatis vltimo positoꝝ: sz nomē idigētie magis se bz ad p̄mū modū eoꝝ. Illo.n. ꝓprie dicimur idigere: sine quo finē ꝓseq̄ nō possumus: sz B dico q̄ hō aī pctm̄ gr̄a idigebat: q̄ sine gr̄a finē vite eterne nullo mō ꝓseq̄ potuisz: ad finē.n. nō pueniret nisi p opa ꝓportiōata fini. vita āt eterna ē finis oīno nāe humane facultatē excedēs. vñ ēt itellz z cōsideriū supat prime Loz. Oculus nō vidit z auris nō audiuit ꝛc. Ideo opz q̄ opera p q̄ ad vitam eternam pueniret vires nature humane excedāt. vnde in ea homo nō potest sine aliquo dono naturalibus addito: z ideo quātūcunq̄ natura humana sit integra: nihilominus homo gratia indiget ad vitam eternam consequendam.

Ad primum ergo dōz q̄ vnūq̄q̄ bonū ōs accepta sz mēsurā sue bonitatis: sz illō simplr̄ a deo acceptari dr̄: cui ab ipso p̄parat illa glia qua ipse glorioſus ē. s. visio eius p eēntiā. ¶ Ad 2m dōm. q̄ hō aī pctm̄ z operāte gr̄a egebat: gr̄e. n. operāti aligd p se cōuenit: z aligd p accns. p se. n. sibi ꝓuenit vt hoiez iustū faz malr̄ faciat: z deo gratū: sz hoc accidit sibi vt iustū ex iniusto faciat ex pte subiecti i quo i iustitia iuenit. B ēt p se est sibi ꝓueniēs vt ex nō iusto iustū faciat vl ex nō grato gratū: sicut albedinis ē ex nō albo facere albū: sz B albedini accidit vt ex nigro albū faciat. Silr ēt gr̄e cooperātis nō ēt solā facultatē faciat i operādo. B. n. heresis pelagiana ponebat: sz vt efficaciā z virtutē quādā nouā opib⁹ hoiuz p̄beat. s. merēdi vitā eternā. ¶ Ad 3m dōm. q̄ nō pōt esse aliq̄ creatura q̄ ex pp̄ys nālib⁹ vitā eternaz p̄mereri possit: sicut nō pōt eē aliq̄ creatura q̄ nāe dine eq̄tur: nec B oī potētie dei ōrogat. Et B p̄z ex bis q̄ supra dicta sūt. ¶ Ad 4m dōz. q̄ carētia dine visiōis pōt itelligi dupl̄r: vl negatiue: z sic nō ē pena: sz ōfectus nāz creataz ꝓnis: nulla. n. nā creata ex se sufficiēs ē ad dei visionē: z sic fuisz carētia diuine visiōis i hoie aī pctm̄ si gr̄am nō habuisset. Alio mō pōt sumi p̄uatiue vt itelligat aliq̄ obnoxietas ad carēdū dei visiōe: z sic ē pena pcti z i p̄mo statu ñ fuisz. ¶ Ad 5m dōz. q̄ silitudo dei q̄ ꝓuenit hoi fm̄ sua nālia ē alia ab illa q̄ hō assimilat deo p gr̄az: nec ē icōueniēs vt hō i plurib⁹ deo assimilet: eo q̄ sctz quēlibet gradū bonitatis supaddit̄ noua silitudo i creaturis ad deū ꝓsurgit.

¶ Utz hō aī pctm̄ habuerit gr̄am. II.

Ad secūdum sic procedit. vr̄ q̄ hō aī pctm̄ gr̄az nō habuerit Quicūq̄. n. bz gr̄az pōt pficere ad meritū vite eo q̄ p gr̄az meret gs augmētū gr̄e z ei⁹ ꝓsūmatiōez: sz vt supra magr̄ dixit. z 4. di. hō i p̄ statu nō būit. vñ ad meritū vite pficere possz. ergo gr̄az ñ būit. ¶ P. maior ē ptās gr̄e q̄ nāe: sz quāto peccās ē maioris ptātis tāto grauiꝰ ē pctm̄ ei⁹. si g̃ hō a statu gr̄e cecidisz cū āgelus. aī lapsuz gr̄az nō būerit vt multi dñt. vr̄ q̄ pctm̄ hois grauiꝰ q̄ pctm̄ ōmōis fuisz: qō supra negatū ē. ¶ P. gr̄a magis ꝓuenit cū glia q̄ cū nā: sz gr̄a tpe i hoie gliaz p cedit. ergo multo fortiꝰ nā gr̄az z sic i p̄ statu gr̄az nō būit. ¶ P. gr̄a q̄tū i se ē hoiez i deuz pmouet. cū igit i hoie aī statū pcti nihil eēt trahēs ipm̄ iferius. vr̄ q̄ si gr̄az būisset q̄ nūq̄ peccauisset: peccauit autē. igitur gratiā nō habuit ¶ Preterea. ea que hō per primuz peccatum amisit sibi restituta nō sunt: sicut impassibilitas z huiusmōi. si ergo gratiam in statu innocentie habuisset: eam per peccatum amissaz per penitētiaz nō recuperasset: hoc aūt falsuz est: quia sic totum humanū genus periret. ergo gratiā in primo statu non habuit.

Contra. Nullus spoliatur illis que nō habet: sed homo per peccatum fuit vulneratus in naturalibus z spoliatus gratuitis. vt dicitur in glo. Luce. 10. ergo gratiam habuit. ¶ Preterea. charitas nunquā est informis. in littera autem p̄batur q̄ Adam in p̄mo statu charitatē habuit. ergo z gr̄am sine qua nō ē charitas.

Respondeo dicēdum q̄ circa hoc est triplex opinio. Quidam enim dicunt q̄ homo in primo statu gratiaz nō habuit: nec virtutes gratuitas. oēs autē auctoritates sctōrum: quas magister i littera inducit ad p̄bādum hoi virtutes ifuisse: exponūt de virtutibus naturalibus: que in ipso propter integritatem humane nature excellētissime erāt. Sed hoc nō videtur auctoritatibus cōuenire: i gbus ponit q̄ Adā charitatē hūit q̄ sine gr̄a nō bētur: z plura alia dñr que nō nisi extorte ad

virtutes naturales referri possūt. Alij vero distinguūt statum inocentie ī duos status: dicūt.n.q̄ hō in p̄cipio creatiōis sue sine gratia creatus ē in naturalibus tātum: postmodū vero ante peccatū gratiaz ꝯsecutus ē: ꝛ sc̄ōz hāc distinctionē varia dicta sanctoꝝ ꝛ doctoꝝ concordare nitūtur. Sed istud nō videtur cōuenire dictis sanctoꝝ ꝛ doctoꝝ qui de statu inocētie quasi de vno statu nō distincto loquuntur: ꝛ ideo hec posītio non magne auctoritatis est. Jdeo alij dicūt q̄ hō in p̄cipio creatiōis sue ī gratia creatus est: ꝛ hec quidē posītio satis cōgruere videtur opinioni Augu. qui ponit res simul tēpore pfectas fuisse creatas in materia ꝛ ī forma. P̄ria vero opinio magis congruere. videtur opinioni aliorūz sanctoꝝ qui dicunt per successiōné tēporis res creatas perfectas fuisse. Que tamē harum opinionū verior sit multū efficaci ratione p̄bari nō pōt sicut nec aliquid eorum que ex voluntate dei sola dependent. hoc tamē p̄babilius ē vt cū homo creatus fuerit in naturalibus ītegris que ociosa esse nō poterāt: q̄ in p̄mo instanti creatiōis ad deum ꝯuersus gratiaz cōsecutus sit: ꝛ ideo hanc opinionē sustinēdo dicēduz ē.

Ad primum dicēduz q̄ sicut ꝑm Aug. distinctio p̄morūz dieruz attenditur sc̄dum ordinē nature: ꝛ nō sc̄ōz successionē tēporis: ita etiaz ꝑz ordinē nature status ī naturalibus puris ad statum eius in gratia cōparatur: ꝛ nō sc̄ōz ordinē tēporis: ꝛ sic intelligendū est q̄ hō in statu naturaliū ītellectuz nō habuit. vnde proficere posset: quia dū gratiaz hz nō hz hoc ex naturalibus: sed ex gratuitis. Uel dicēdū q̄ hoc ītelligēduz est q̄ hō nō potuit proficere p se etiā habita gratia vt beatitudinē ꝯsequeretur. ꝛ hoc supra. magister dixit, pficere ad meritū vite. ¶ Ad z^m dōm q̄ sc̄ōz tertiaz opinionē tā boies q̄ angeli ī gratuitis creati sūt: ꝛ ideo contra eā nō ē huiusmodi obiectio: sed contra secundam quā sustinentes dicimus q̄ potētia naturalis: hoc modo se habet ad gratiam q̄ ipsa subministrat subaz actus. ꝛ gratia p̄bet efficaciā merēdi in formādo actuz: ꝛ sicut maioris perfectiōis ē forma actus q̄z ipsa suba eius: ita ecōtrario maior defectus ē deficere in ipsa suba actus q̄z deficere ī forma ipsius: quāuis autē ponatur hō gratiā habuisse: ꝛ in hoc angelo superiorē fuisse: tamē debilior fuit in potētia naturali: ꝛ ideo ḋ fectus potētie naturalis magis excusat peccatuz hois q̄z ḋfectus gratie peccatū āgeli. vñ simplr̄ pctīn hois minus q̄z pctīn angeli inuenitur. ¶ Ad tertiuz dicēduz q̄ p gratiā aliquis meretur gloriā: ꝛ ideo conueniēter gratia tēpore gloriā p̄cedit: ꝛ per naturā nō mereī grām. vnde nihil ipedit vt simul cum nā gr̄a infundatur. ¶ Ad quartū dicēduz q̄ in illis q̄ agunt p necessitatē nature: oz q̄ agēs de necessitate agat sc̄ōz exigētiā forme que ī ipso ē: vt p calidū calefaciat. hoc autē in volūtarys nō tenet. vnde etiā si homo grām habuerit: nihilominus potest ī contrarium actuz trāsire. ¶ Ad quintuz dicēduz q̄ actus personales nō attringūt nām: sed personā: ꝛ ideo adā per penitentiaz: quā de peccato egit: potuit recuperare illa bona: q̄ sibi ad actus personales data erāt: sicut gratiā ꝛ virtutes: nō aūt illa: q̄ tota nāe collata erāt: vt īmortalitas corporis: ꝛ obediētia inferioꝝ virtū ad rationē ꝛ huiusmodi.

¶ Utrum homo ī statu primo habuisset tātum de gratia quātum habuit post peccatū. III.

Ad tertiū sic proceditur. Uidetur q̄ in primo statu homo nō tātum de gratia habuisset quantum post peccatum. Ut enim philosophus dicit in .io. ethicorum. Ridiculum est temperātiā ꝛ fortitudinem in dys ponere cuz in eis passiones ināte ꝛ illate nō sint circa quas fortitudo ꝛ tēperantia mediū cōmunicāt: ꝛz in p̄mo statu adā huiusmodi passiōibus caruisset. ergo. ꝛ per cōsequēs his virtutibus: q̄s tamē homo post peccatū habuit gratuitas: nō ergo tot gratias homo ante peccatum habuisset: sicut post habuit. ¶ P̄. perseuerātia quedā virtus est quā multi post peccati statū habent: hec autē ade defuit vt eius casus ostēdit. nō igitur tot virtutes habuit quot hoies in peccato nati habēt: ꝛ sic ideꝝ q̄ prius. ¶ P̄. plus indigēti deus plus tribuit: q̄ misericordia miseriā intuet. vt dicit Ber. sed hō plus indiget gratie auxilio post pctīn q̄z ante: cum magis in nālibus ifirmetur. ergo plus de gr̄a post peccatuz hoī cōfertur q̄z ante contulisset. ¶ P̄. deus cū sit sūme bonus. vt Augu. dicit: mala eē nō permitteret nisi esset adeo potēs. vt ex malis bonū eliceret: ꝛz nō ostēderetur pfecte diuina bonitas: nisi bonuz q̄ ex malo ōne elicit excederet illud bonū q̄ per malū p̄uatur. ergo bonum: hois q̄ ex peccato eius deus elicit: excedit illud bonū q̄ ante peccatū erat: ꝛ est postmodū per peccatuz p̄uatum: ꝛ sic maior est gr̄a post peccatū q̄z ante. ¶ P̄. tota plenitudo gratie humani generis ex virtute incarnatiōis ꝛ passiōis x̄pi p̄cedit. vñ dicit Jo. p̄mo. De plenitudine eius oēs accepimus: ꝛz si adā nō peccasset x̄ps nō fuisset incarnatus: vt quidā dicunt: vel saltez non fuisset passus. vt oēs dicūt. ergo nō tāta plenitudo gratie fuisset ī humano genere ante peccatum: sicut post.

Contra Mat. z5. Dedit vnicuiq; ꝛz propriā virtutē ꝛ exponit ī glo. de collatinne gr̄arum: virtus aūt hoium nālis maior erat ante pctīn q̄z post. ergo ꝛ plus ō gr̄a ꝯsecuti fuissent añ pctīn q̄z post. ¶ P̄. nullus ex pctō reportat cōmodū: sed si hō post pctīn maiorē gr̄az hēret q̄z añ: cōmodū ex malo reportaret. ergo ꝛc̄.

Respondeo dōm q̄ donoruz gratuitorū quedaz ordinātur absolute ī perfectōez eius cui cōferuntur. quedā autē ad vtilitatē aliorum. vt dicit p̄me Cor. iz. Unicuiq; datur manifestatio. s. ad vtilitatē. vtilitas aūt quedā est vt defectibus proximoꝝ subueniatur: sicut per operationē signoꝝ ifidelitati succurrit: q̄z signa data sūt nō fidelibus: sed ifidelibus. Et similiter ē ēt de generibus linguaꝝ: ꝛ de alys huiusmōi donis. Et q̄z huiusmodi defectus ī p̄mo statu nō fuissent: ideo etiā nec talia dona hoī collata forēt que cōtra hos defectus ordinātur. Dona vero absolute in pfectionē recipiētis ordinata sūt ea quibus homo ī actibus proprys pficitur ꝛ ꝛz aiam ꝛ ꝑm corpus: sicut est gr̄a gratū faciēs: virtutes: donū scie: ꝛ sapiētie: ꝛ huiusmōi: ꝛ impassibilitas corporis: ꝛ in his hō in p̄mo statu simplr̄ loquēdo magis abundasset q̄z ī sc̄o statu post pctīn: ꝛz iste excessus pōt ꝯsiderari duplr̄ vl̄ intēsiue vl̄ extēsiue. Extēsiue qdē: q̄z pl̄a de hḋ hō in p̄mo statu q̄z in sc̄o habuisset. hūit.n. impassibilitatē corpis ꝛ pfectaz obediētiā inferioꝝ virtū ad rōnē ꝛ hḋ q̄ ī hoibus post pctīn nō inueniunt. Intensive est q̄ ēt q̄dā dona post peccatū sūt que ipfectionē annexā habēt: q̄ aut ī primo statu nō fuissent oīno: aut si fuissent ꝑm aliuz modū ꝛ alios actus fuissent: vt tū hoc ītelligat ō ipfectōe nō q̄ nāz ꝯsequit: ꝛz q̄ ex pctō ꝯsecuta ē. Fides.n. pfectionē hz ꝯsequētez nāz: cuius ē dīna q̄z si in speculo ītueri: ꝛ h̄ etiam hoī in primo statu cōgruisset: ꝛz vidisset clarius diuina. vt supra dictū est. Et iō fides in p̄mo statu fuisset etiā sc̄ōz eiusdē gnis actū: quāuis pfectioꝝ q̄z modo sit. Cōtinentia vero que ipportat imperfectionem in repugnantia passionū ex peccato causata ꝛz q̄ philosoph^9 ꝓtinētiā accipit ī. 7. ethi. ī p̄mo statu nō fuisset: ꝛ silr̄ penitentia si spālis virtus ponatur: ad minus ꝑm eosdem actus quos nunc habet: ꝛ similis ratio est de alys similibus. Si autē excessus intensiue consideret ꝛ p̄cipue q̄z tū ad dona gratū faciētia sic ꝯsiderādo statuz ad statum �yliter hō ante pctīn ampliori gratia preditus

fuisset q̄ post:sz tñ nō ē inconueniēs q̄ aliquis post statuz peccati multo maiorē gratiā habeat q̄ aliqui habuissent etiā in primo statu:eo q̄ gratie nō tātuz dātur secōz mēsurā naturalis virtutis seu capacitatis:sz ꝑz conatuz: quē cō tingit eē maiorē in eo qui minoris virtutis ē: sicut etiā dr̄ ō cōparatiōe boiuz noui ⁊ veteris testamēti.

Ad primum ergo dicēduz q̄ quāuis angeli quos philosophus dos vocat:sicut ⁊ Dio. huiusmōi virtutes cardinales nō habeant scōm eosdem actus quibus ī nobis sūt:habēt tamē eas secōz quosdā emi nētiores actus:⁊ precipue secōz q̄ cōstituūtur eorum actus circa fines:⁊ hoc modo ī boīe etiaz ante statuz peccati fo rtitudo ⁊ tēperantia eē potuisset: tamē sciēduz ē q̄ alia rō ē de boīe ante peccatuz:⁊ dō angelo:⁊ dō boīe glorificato.homo enim ī p̄mo statu quāuis huiusmōi passiōibus actu nō subiaceret:tamē naturaz habebat q̄ quātuz ī se ē bis passiōib⁹ subycibilis erat:⁊ possibile erat eis subyci si peccaret:nōduz boīe cōfirmato:sz homo glorificatus:⁊ si naturā habeat cui secōz se ꝯsiderate nate sūt huiusmōi passiōes ineē: tamē ꝑ habitū glie oīno aditus his passionibus tollitur:angelus vō nec naturaz nec passibilitatē respectu harum passionuz habet.vnde pz q̄ huiusmōi virtutes quātū ad act⁹ qui sūt vie nūc ī nobis magis remote sūt ab angelis q̄ ab boīb⁹ glorificatis:⁊ ab boibus glorificatis magis q̄ ab eis ī primo statu existētibus. ¶ Ad secōz dicēduz q̄ pseuerātia dupliciter dicit. Uno.n.modo spālis virtus cuius actus ē hr̄e proposituz semp in bono pmanēdi:⁊ talē virtutē Adā habuit:⁊ mlti qui post cozruerūt. Alio modo ē q̄daz circūstantia ꝯsequēs virtutes alias:⁊ sic nō ponit specialē virtutē:sz cōt inuationē quādaz virtutis vsq̄ ad mortē:⁊ sic Adā ī primo statu pseuerantiaz nō habuit. ¶ Ad tertiū dicēduz q̄ plus indigēti ōus plus tribuit:dūmodo sit magis ad recipiēduz dispositus:alias nō ē verū: tamē sciēduz ē q̄ cū indigētia dicatur respectu finis.vt dictū ē:nō ē dicēduz q̄ hō post peccatuz magis egerit gratia q̄ ante. Illud.n.ad quod ꝑ se gratia ē ordiata.s.gloria supra vires boīs ē siue añ peccatuz siue post pctm̄. Unde quātuz ad hoc nō magis idiget post q̄ ante:sz quātum ad hoc ad quod ꝑ accidēs gratia ordiat̄:quod ē remotio mali:magis hō post pctm̄ idiget:⁊ p respectuz ad gloriā attenditur mensura gratie:quia p gratiaz maiorē: maiorem gs gloriā meretur nō autē per respectuz ad remotionē peccati vel ifirmitatis:quia minima gratia sufficit ad delēduz oīa peccata.vñ nō maiori gratia idiget hō post peccatū q̄ ante:sz verū ē ad plura gratia idiget:q̄ tamē plura quātalibet gratia facere potest. ¶ Ad quartū dicēduz q̄ ōs ex malo semp maius bonū elicit:nō tamē illi ō necessitate in quo malū eē pmittit:sz ī cōparatione ad vniuersuz: cuius pulchritudo cōsistit ex hoc q̄ mala eē sinuntur:bonuz autē vniuersi prepōderat bono pticularis rei:sicut bonū gētis ē diuini⁹ q̄ bonū boīs. vt ī p̄mo ethicoz philosophus dicit. ¶ Ad quintū dicēduz q̄ xp̄us ad hoc fuit passus: vt boīs naturā reparet. Uñ ꝑ passionē xp̄i nō apparet q̄ maiorē gr̄az hō ꝯsecutus sit post pctm̄:q̄ ante fuisset sine ea: loquēdo ō gratia ī ordine ad premiuz eēntiale:quia aliqō pmiū accidētale hō ꝑ passionē xp̄i consequitur:qō añ peccatū nō habuisset.s.gaudiū ō victoria xp̄i.

¶ Utrū opera boīs sint magis efficacia ad merendā gratiā post peccatū quā ante pctm̄. IIII.

AD quartuz sic proceditur.videtur q̄ post pctm̄ opera boīs fuissent magis efficacia ad merēdū q̄ añ pctm̄. In p̄.n.statu hō:sicut nec ad malū ipellēs aliqd habebat:ita nec a bono retrahēs:sz supra.z4.dis. magister dixit q̄ primus hō resistēdo tētationi nō meruisset:quia nihil erat quod ad malū ipelleret.ergo similiter faciēdo bonū vel nihil vel minus meruissz:quia nihil erat quod a bono ipediret. ¶ P̄. dicit apostolus.z.Thymo.z. Nō cozonabitur nisi qui legitime certauerit:sz hō ī p̄mo statu non ita ipugnabatur:sicut post pctm̄.ergo nec ita coronā efficaciter merebat. ¶ Preterea. vt philosoph⁹ dicit in secūdo ethi.virtus ē circa difficilia: sz difficilius est boī post peccatū bonū operari q̄ ante.cū ergo ex virtute pceedat efficacia meriti:videtur q̄ ante pctm̄ actus boīs fuerint minus efficaces ad merēdū q̄ post. ¶ Preterea. hō in primo statu fuit quasi medius inter statū angelorū ⁊ statū nostrū:vt ex his que.zz.di.dicta sūt:pz:sz operationes angeli nō sūt ita efficaces ad merēdū:sicut operatōes boīs:quod pz ex hoc q̄ inferior angelus mereri gradū superioris nō pōt:sz hō potest mereri vt ascēdat ad supmuz ordinē angelor̄.vt ex dictis Hzego.pz in homelia de centū ouibus.ergo ⁊ hō in p̄mo statu habuit opera minus efficacia ad merēduz q̄ post peccatū. ¶ P̄. vt in primo.dis. z.magister dixit hō factus ē ad reparationē ruine angelice:sz de quolibet ordine angelor̄ aliqui ceciderunt.vt supra.6.di.dictuz ē.ergo oportet q̄ qualr̄cūq̄ vadat hūana natura:siue in statu innocētie:siue in statu peccati ad singulos ordines angelor̄ aliqui boīes trāsferantur:cū ergo B nō fiat nisi ex virtute meriti:videt̄ q̄ saltē nō maioris efficacie ad merendū fuerint opera hominis in statu innocentie q̄ post peccatum.

Contra. Quāto aliquid ē magis purū in gr̄e aliquo tāto magis hz vtutez illius gr̄is:sicut ignis purus q̄ ignis cōmixtus:sed merita nr̄a sūt admixta alicui ōmerito qō pz ex B qō dr̄ Isa.64.. Quasi pānus mēstruate oēs iusticie nr̄e.Cū igit̄ in p̄mo statu absq̄ oī pmixtiōe demeriti fuissent.videt̄ q̄ tūc fuissent efficaciora ad merendū. ¶ P̄. quāto volūtas promptior ē ad operādū tanto hō magis mereb̄.z.Lor.8.sz voluntas prompta est secōz id qō hz:accepta ē nō secōz id qō nō hz:sz in p̄mo statu voluntas prōptior erat ad bñ agendū:qz minus ipediebat. ergo opa boīs magis erant efficacia ad merendū.

Respondeo dōz q̄ cū meritū nō cōsistat in habitu:sz ī actu nec ī actu quolibet:sz ī eo q̄ ꝑ habituz gratie ifozmat̄.actus āt oīs meritorius ex volūtate pceedat:oz q̄ merituz aliqd hēat a gr̄a:⁊ aliqd a volūtate:⁊ aliqd ēt ab obiecto actus.vñ spēs actus trahit̄:⁊ iō ex his tribus efficacia meredi mēsurari pōt ex gr̄e volūtate ⁊ obiecto.Quāto.n.maiori charitate ⁊ gr̄a act⁹ ifozmat̄:tāto magis ē meritorius.silr̄ ēt quāto magis ē voluntariū plus hz ō rōe meriti ⁊ laudabilis.Silr̄ ēt quāto magis obz ē arduū tāto magis ē actus meritorius.sp itelligatur cōparatio de vno ceteris paribus.Qō āt aliqō arduū augmētet rōnez meriti:nō hz ex difficultate laboris:sz ex bonitate:qz quāto aliqd melio⁹ ē tāto supra vires boīs operāt̄ ē magis eleuatū:qz ergo hō ī p̄mo statu.vt dcm̄ ē maiorē gr̄az cōiter habuisse q̄ post pctm̄:⁊ prōptior fuisse volūtas ad operādū: q̄ resistētiā ñ bēbāt:sequit̄ q̄ opa boīs ī p̄mo statu simplr̄ magis erāt efficacia ad merēdū q̄ p̄: dūmō circa idē obz opatio ꝯsideret̄ vtrobiq̄:q̄uis maiori difficultate circa illud opereb̄ hō post pctm̄ q̄ añ. Non .n.arduū opus auget rōnē meriti nisi rōne bonitatis:⁊ nō rōne difficultatis nisi ꝑ accēs:inq̄tū.vz.ī id qō difficile ē maiori attētiōe aligs ꝯsurgit ⁊ cū maiori conatu volūtat

Ad primuz ergo dōz q̄ nō cōsentire tētatiōi in p̄mo statu:si hō ī nālib⁹ tm̄ ꝯsideretur: vt magr̄ hic loquit̄:nō fuisset boī meritoriū:sz B cōtingit: ex hoc q̄ gr̄az nō hēbat:sicut ex causa ꝑ se:⁊ nō ex hoc q̄ nihil ad malū ipellebat nisi ꝑ accidēs:iquātuz videlicet: ex hoc q̄ homo nō habebat impellens ad malum magis

poterat ꝓseruari a casu in pctō sine gratia q̄ post. Uel dicendū q̄ nō ꝓsentire tētatiōi dicit duplr: vel ita q̄ importetur negatio tātum: ꝛ ita cū nō relinquat aliqs actus nō remanebit ratio meriti: ꝛ hoc potuisset ꝓtingere i p̄mo statu ꝓpter hoc q̄ hō nō cogebatur tētationē exteriorē discutere cū iteriori tētatiōe nō vrgeret: vel ita q̄ importat actū volūtatis tētatiōi repugnātē: ꝛ sic resistere pctō semper ē meritoriū i eo qui gratiaz hz. ¶ Ad scōm dicēdū q̄ q̄uis homo i p̄mo statu nō habuerit certamē iterius habuit tamē certamē exterius: vñ ꝛ victoriam hr̄e potuit q̄ coronā mereret: nec tamē est de necessitate meriti certamen cōtra aliquē ipugnātē: q̄ sic in angelis meritū nō inueniremus: sz ō necessitate meriti ē certamē quo qs contēdit apprehēdere aliqd qō supra se ē: ſm q̄ aliqs q̄si viribꝰ suis luctat: nec opz vt vbi ē maius certamen ibi sit maius meritum: sz vbi ē magis legitimū: cōtingit autē i minori ipugnatiōe magis legitimū certamē eē. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ aliqd pōt dici difficile duplr: vel ex arduitate opis: ꝛ sic virtus itelligitur circa difficile eē: qō. s. i se difficile ē ꝛ arduum: vel ex impfectiōe opantis: ꝛ sic virtus circa difficile nō ē: sz talē difficultatē virtus tollit: quāto enim aliqs virtuosior ē: tāto facilius opa virtutis exercet: nec tamē dōz ē q̄ quāto virtuosior sit minus mereat: ꝛ p hūc modum ē difficultas maior i opibus hoīs post pctō ex impfectione opantis. ¶ Ad quartū dicēdum q̄ hoc q̄ opa alicuius angeli sint minus meritoria q̄ alicuius hoīs nō ꝓtingit ex ipfectiōe angelorꝫ: sz ex ꝓditiōe gratie: q̄ quāuis in angelis sit maior scōz statuz: quia propinquor fini cū sit minor via angelo data q̄ hoī. vt supra dctm̄ est. tamē gratia hoīs pōt eē maior i virtute meredi: angelis. n. data ē gratia ad ōterminatū graduz scōz ōterminatū ordinē promeredūz: ꝛ iō vlterius p̄miuz p gratiaz illā mereri nō possūt: hō autē cū ex ꝓditiōe nature ad nullū ordinē ōterminet: sz idifferenter ad oēs se habeat: accipit gratiā et idifferēter ordinatā ad promeredūz gradū cuiuslibz ordinis scōz genus suuz: ꝛ iō nō opz q̄ rōne ista hō i primo statu minus mereri potuissz q̄ post pctm̄. ¶ Ad quintū dicēduz q̄ q̄uis hō nūc ad cundē terminū pueniat ad quē pueniss̄z ante pctm̄: nō opz tamē vt equalē efficaciā in meredo bēant actus eius: qz qō tūc ex paucis actibꝰ mereri potuit: nūc oz q̄ ex multis actibus mereat: ita q̄ p exercitiū actuū in quandaz p/fectionez crescat scōz quā sibi competat merituz tāti premiꝫ quā prius habuisset.

¶ Utrū expulsio de paradiso ꝛ priuatio iustitie originalis sit ꝓueniens pena prime trāsgressiōis. V.

AD quintum sic ꝓcedit. Uidetur q̄ pena hoīs iconuenienter i lra ōtermineꝫ pro pctō prime trāsgressionis. Illud. n. qō propter hoīez factū ē i aliquo hoi seruire dz: sz paradisus terrestris propter hoīem factus ē: sicut alie creature: cū igit hoi inde eiecto in nullo seruiat: videt q̄ inde expelli nō ōbuerit. ¶ Preterea. propter pctm̄ hoīs tota natura ōteriorata ē q̄. ꝓpter hoīez facta ē. vt dicit glo. Ro. 8. multo. ergo magis locus ille i quo pctm̄ cōmissuz ē. s. paradisus terrestris infici debuit: sz hoi ifecto ōbetur locus infectus ergo post pctm̄ ō paradiso terrestri expelli non ōbuit. ¶ P. vt supra magister dixit di. 17. paradisus terrestris ō se locus inaccessibilis ē. ergo frustra apponuntur custodie ne homo ad illuz accedere possit ad quē etiaz sine illis puenire nō valeret. ¶ Preterea homo post peccatuz statim necessitati mortis addictus fuit: sed ex quo necessitatē moziendi habuit ñ poterat nō mori. ergo frustra dñs dixit. videte ne forte sumatis ō ligno vite ꝛc. ¶ P. lignū vite nō habuisset maiorē effectuz in hoīem post peccatuz q̄ ante: sed homo ante peccatum de ligno vite edidit. vt in littera dicitur: nec tamen in eternuz vixit. ergo etiaz licz post peccatuz de eo comedisset nō in eternuz vixisset. ¶ Si dicatur q̄ lignū vite hunc effectuz non habebat nisi frequēter sumptum. ¶ Contra. Causa multiplicata non variat effectuz scōz spēz. si ergo semel sumptuz imortalitatis causa nō erat videtur q̄ nec ēt si frequēter sumeretur.

Contra id quod inocētie ōbebatur non ōbuit remanere inocētia amissa: sz locus ille: et cibus inocētie ōbebatur. ergo post peccatū homo vtroq; priuari ōbuit. ¶ P. magis erat propinus locus angeli celum empyreuz in quo creatus est q̄ hois paradisus terrestris in quo positus ē homo extra ipsuz creatus: sed angelus post peccatuz ō celo empyreo ōiectus ē. ergo ꝛ hō post pctm̄ ō paradiso terrestri expelli ōbuit.

Respondeo dicēduz q̄ ad felicitatē seu ad beatitudinē aliquid ptinet quod ē ō substantia eius: sicut visio dei gaudiuz ꝛ huiusmodi: aliquid autē correspondet sibi p moduz congruētie: sicut beatitudini sanctorum rñdet locus excellētissimus qui ē celū empyreuz. Ita etiaz ad statum inocētie: in qua quodā modo hō beatus erat. vt dicit Augustinus. 12. ō ciuitate dei q̄dā pertinebant quasi essentialiter: sicut imortalitas ꝛ obedientia viriuz inferiorum ad rationez ꝛ huiusmodi: sed quedam alia pertinebant per moduz cuiusdam congruentie. Immortali enim vite: ꝛ ab oi inquietudine segregate ōbebatur locus tēperatissimus ꝛ ōlitus plenus qualis ē paradisus terrestris. vnde sicut post peccatuz deiectus ē a statu illo innocētie in quē eleuatus erat supra conditionem nature sue absolute considerate: ita etiam ꝛ locum amisit qui illi excellētie debebatur: ꝛ in locum vbi formatus fuerat deiectus erat.

Ad primum ergo dicēdū q̄ paradisus terrestris quāuis non seruiat homini quasi in vsum eius veniēs: seruit tamē sibi ad istructionē eius proficiēs: sicut homo ex hoc ipso q̄ i scriptura cognoscit se tali loco p pctm̄ priuatuz ad pctm̄ vitāduz icitatur: ꝛ ad miseriaz suaz cognoscēdam. ¶ Ad secūduz dicēduz q̄ sicut peccati infectio nō venit ad creaturas alias: nisi per creaturam rationalē peccantē: ita etiaz illa infectio nisi corruptio nō irrationalis creature penam ordinatur. vnde nō oportet q̄ locus ille per peccatuz inficiatur: in quo homo ꝛ angelus peccauit: scilicet paradisus terrestris ꝛ celum empyreū: sed illa loca que peccantibus ōputata sunt post pctm̄. ¶ Ad tertiuz dicēdum q̄ illa impedimēta ratione quorū laccessibilis dicitur paradisus terrestris forte hoc gladius flāmeus vocatur: quia p̄cipue locus ille inaccessibilis videt propter intēperatuz calorē in locis intermedys: ꝛ ideo non sequitur q̄ huiusmodi ipedimēta supflua sint. ¶ Ad quartuz dicēdum q̄ quāuis homo post peccatum lignum vite sumpsisset: mortē euadere nō potuisset: potuiss̄z tamē mortē differre: ita vt vita eius auxilio ligni vite prolongaretur: sicut ō Enoch ꝛ Delya creditur: ꝛ hoc homini non expediebat. vt tādiu in hac misera vita pmaneret. Et vba illa dñi sūt magis accipiēda p modum compassionis q̄ insultatiōis. Uel pōt dici. sicut dicit magister in littera. ¶ Ad quintū dōz q̄ ꝛ si hō ante pctm̄ ō ligno vite sūpsisset: nō tamē imortalitatē ꝓsecutus fuit quā lignū vite ꝓferre nō potuit: nisi frequēter sūptuz. Et iō dicēdū. ¶ Ad sextū q̄ lignū vite nō erat causa p se imortalitatis vt ex p̄dictis patet: sz potius erat. vt dispositio q̄dā. dispositio āt nō pducit ad effectū nisi multiplicata: sicut pz i q̄litatibus actiuis ꝛ passiuis q̄ sūt dispositiōes ad formā elemēti: non. n. inducit forma elemēti nisi quādo pducitur materia ad intensionē qualitatum illarum.

¶ Expositio textus.

Operatur liberādo ⁊ ꝓparando ⁊c.) vt liberatio referat̄ ad expulsionē peccati: ⁊ ꝓparatio ad īformationez aie. (Nō tamē iustitie habēde vl̄ retinēde.) Cōtra supra dcm̄ ē q̄ quāuis hō nō hēret vñ ꝓficere posset: habuit tamē vñ posset stare. ergo lib. arb. sufficiebat ad iustitiā retinēdam. Et dōz. q̄ ab eadē causa est eē rei ⁊ cōseruatio eius. vñ sicut eē iustitie gratuite nō est nisi a deo: ita etiā ⁊ oseruatio eius. Sz vez est q̄ hō habēs gratiam nō idiget alia gr̄a ad eius oseruationē. Et ꝓpter hoc dicit̄ q̄ hō pōt ꝑ se stare. (Quibus rñdētes dicimus ⁊c.) Uī ꝟ falsum: q̄z si quādo peccauit nō habuit: tunc ꝑdus amisit q̄z peccaret: q̄ videt falsum. Sz dōz. q̄ ante ītentionē peccati habuit vtutes: sz sil̄ ista duo fuerūt cōmissio peccati ⁊ amissio vtutis: sicut vnū est instās ī quo expellit̄ nigredo ⁊ in quo īducitur albedo. (Dō añ petrū beatissimus ⁊c.) Nō est itelligēdum de patrie beatitudine: sz ꝟz q̄ beatitudo ītelligit talē perfectionē q̄lis illi statui cōgruebat: ⁊ capiebat aurā ethereā īquātuz fixus in dinoz cōtemplatione mānebat. (Atq; vñ fuisse ꝓcessis.) Ex hoc nō sufficiēter ꝓbatur: q̄uis hō in statu illo de ligno vite comedebat. ꝓceptū.n. affirmatiuū nō obligat ad semp. vñ ⁊ si ꝓceptū sibi fuerit q̄ lignis oibus ꝓcessis vteret̄: potuit tamē esuz alicuius eoz differre vsq; ad terminū sibi a deo prefinitū ⁊ ideo a quibusdā nō cōceditur q̄ magister hic determinat: sz qd verius sit determinari nō pōt: cum scriptura nō determinet: nec ratione ꝓbari possit.

¶ Oz ꝑ Adā petrū ⁊ pena trāsiuit in posteros.

¶ Distinctio. xxx.

In superioribus īsinuatuz est: licz ex parte. ñ. n. pfecte sufficimus: q̄liter primus hō deliquerit ⁊ quā ꝑ peccato penā subierit: qbus adijcendū est petrū sil̄ ac penā per eū trāsisse ī posteros: sicut Apl's ostēdit ingens. Sicut ꝑ vnum hoiem in hūc mundū peccatum intrauit: ita ⁊ in oēs homines mors pertransijt.

¶ Utz illud petrū fuerit originale: an actuale.

RESpondeo dõz: q̃ radix ꝑpe in arboribꝰ (tãgũt̃. inuenit̃: in pctis aũt trãsumptiue: vñ oz q̃ ad silitudinẽ radicis in arboribꝰ inueniat̃ radix in peccatis. Radix ãt arboris ẽ qua arbor nutrimentũ sumit: p qõ ꝓualescit ⁊ fructificat ex eo aũt pctm̃ ꝓualescit: ex q̃ hõ ad pctm̃ incliat̃: ꝟ ãt ẽ bonũ ĩtẽtũ ad qõ peccãs inordinate ꝓuertit̃: qz finis efficiẽtẽ mouet. vnde oz q̃ ex pte ꝓuersionis radix pcti assignet̃: ⁊ dicat̃ radix illõ ex q̃ pctm̃ oritur: põt ãt actꝰ peccati oriri ex tribus vel ex alio actu peccati fm q̃ supra. 36. di. assignatum est vnum pctm̃ eẽ cãm alteriꝰ: vel ex bitu corrupto eliciente actum peccati: vel ex passione seu ꝑnitate ad patiendũ ex corruptiõe nãe ꝺsequẽte. Actus ãt pcti non ꝑpe nomẽ radicis hz: quin potiꝰ ipe ex radice ẽ. vnde origo pcti ex peccato sil̃atur magis origini rami ex ramo: siliter ẽt bitꝰ proprie acceptꝰ nõ põt eẽ a pria radice peccati: qz cũ bitꝰ peccati neq; sit nãlis neq; infusus: oz q̃ per actũ peccati sit acq̃situs. restat g̃ vt radix pcti dicat̃ in nobis vel passio aliq̃: vl̃ ꝑnitas ad passionẽ que ex corruptiõe origialis peccati ꝺsequitur: cũ ãt in bonis ꝓmutabilibꝰ: ad que hõ inordiate ꝓuertit̃ p pctm̃: sit qdã ordo fm q̃ vnꝰ ẽ finis alteriꝰ. semper ãt ea q̃ sũt ad finẽ sũt pl̃a q̃ ipe finis: oz vt quãto radix peccati sumit̃ ꝑpinquoz fini vltio tãto inueniãt̃ pauciores radices: finis ãt vltimꝰ i amore ꝓmutabiliũ bonorum ẽ ipe hõ pp quẽ oĩa alia q̃rit: ⁊ iõ si radix pcti accipiatur ex pte ipiꝰ peccãtis: erit vna: si ãt sumat̃ ex pte eorũ q̃ pp seipm̃ peccans querit erunt plures. Similiter ẽt ppetitꝰ circa bonũ ꝓmutabile duplr̃ se hz: vl̃ sicut ꝑsequens id qõ extimat sibi ꝓueniẽs: vl̃ sicut fugiens malũ siue nociuz. Malũ ãt sicut nõ hz eẽ nisi vt ꝓuatio boni. ita ẽt ꝟ fugit̃ nisi inq̃ntũ diligit̃ bonũ. ⁊ iõ fuga mali reducit̃ ad desideriũ bõi sic in cãm p̃mã: Scõz ꝟ g̃ sciẽdũ q̃ radices diuersimode a sãctis assignãt̃: qz passio q̃ ẽ radix peccati vl̃ ẽ fm inclinatiõem appetitꝰ in id qõ ẽ vltimꝰ finis bonoꝝ ꝓmutabiliũ: ⁊ sic amoz sui ponit̃ ab Augu. radix peccati: vl̃ fm inclinatiõez appetitꝰ in ea q̃ ꝑpe hũc finẽ q̃runtur: et ꝟ dupl̃r: vl̃ fm inclinationẽ appetitꝰ i bonũ tm̃: ꝑpe qõ malũ fugit̃ vl̃ fz ꝓpatiõem appetitꝰ ad vtrunq;: ꝟ se-

cūdo modo.s.fm inclinatiōem appetit⁹ in bonū ꝯmutabile:ꝛ malū oppositū sic sūt radices pctōꝝ q̄ in lr̄a assignāt̄ .s.cupiditas male inflāmās:ꝛ timor male humilians. Si āt p̄mo mō ℔ duplr̄:vl fm inclinatiōem appetit⁹ in bonū exteri⁹ vlr̄:ꝛ sic erit vna radix.s.cupiditas:vl pticulariter in diuersa bōa q̄ sūt triplicia:ꝛ sic erunt tres radices.s.cōcupiscētia carnis circa bonū delectabile sensus.ꝯcupiscētia oculoꝝ circa bōa exteriora in vsum ordiata:supbia vite circa bōa fm opinionē:vt honor dignitas ꝛ hꝺ.

Ad primuz g̃ dōm:q̄ pctm̄ nō hꝫ fundamentum ex pte illa q̄ auersio ē:qz sic nihil est:sed ex pte ꝯuersionis q̄ aliqd est radicē bñe pōt. ¶ Ad 2m dicēduz:q̄ timor ꝛ cupiditas fm q̄ noīat actum pctī nō sūt radices:sꝫ fꝫ q̄ noīant passionē vl pnitatē ad passionem vt sumat̄ radix magis remota. ¶ Ad 3m ꝛ 4m ꝛ 5m ꝛ sextū pꝫ rōnsio per ea q̄ dcā sunt. ¶ Ad 7m dōm:q̄ oīa illa sumūtur ex pte auersionis:ꝛ iō ꝑpe loquēdo nō hñt rōnē radicis:qz null⁹ ad maluz ītēdēs opat̄. vt diony.dicit.habēt tm̄ rōnē inity.pp qō dr̄ q̄ initium oīs pctī ē supbia:qz act⁹ deficiētis inq̃tū deficiēs ē aliqs defectūs p̄existēs initium eē pōt.defect⁹ āt iste p̄cedēs pctm̄ pōt eē vl in rōne dirigēte:ꝛ sic dicit oē pctm̄ eē ex errore:vt error sit idē qō ignorātia electionis fm quā oīs malus ē ignorās:vt in 3° ethi. dr̄.vl ē in volūtate īperāte actuz fm q̄ nō intēte ꝛ sollicite inheret his q̄ dei sūt:ꝛ sic ē ꝺtēptus ꝛ supbia fm quam aliqs nō curat sub eē p̄cepto vel p̄cipiēti:ꝛ sicut vnū peccatum ē fm rē auersio ꝛ ꝯuersio dr̄ns fm ꝯpationem ad diuersos terminos:ita ēt supbia ℔ mō accepta fm q̄ est initiuz:ꝛ cupiditas fm q̄ ē radix: sunt idē fꝫ rē: ꝛ dr̄nt ratione mō p̄dcō:ꝛ pp hoc dicit aug.io.super Heñ.superbiā ꝛ cupiditatē non quasi duo mala: sed vnum malum esse.

¶ Utrum peccatum conuenienter diuidatur in peccatuz cogitationis oris ꝛ operis. II.

AD secūdū sic p̄cedit̄.vr̄ q̄ scōa diuisio q̄ in lr̄a assignat̄ incōpetens sit:qz eiusdē gñis eedē sunt p̄ie dr̄ie diuidētes:sꝫ pctm̄ ē vnū genus saltē analogicū g̃ incōueniēter tot varijs diuisionib⁹ distinguitur. ¶ ℣.affectio plus hꝫ de rōne pctī q̄ cogitatio:qz ad cognitiōem ptinet:sꝫ ipse de affectioue mentiōem nō fac̄ igr̄ insufficiēter diuidit. ¶ ℣.act⁹ exteriores p mēbra exteriora exercēt̄:sꝫ lingua ē vnū de exteriorib⁹ membris.g̃ vbū q̄ p linguā p̄fert nō dꝫ diuidi ꝺ pctm̄ opis quod est pctm̄ exteriorꝭ act⁹. ¶ ℣.circunstātia act⁹ nō dꝫ diuidi ꝺ actū:sꝫ ꝯsuetudo ē q̄dā circunstātia pctī.g̃ nō dꝫ diuidi pctm̄ ꝯsuetudinis ꝺtra pctm̄ operis. ¶ ℣.pctm̄ omissionis q̄dā spēs pctī ē:q̄ sub nullo istoꝝ membrorum contiₜ

Ulterius (netur.ergo diuisio ē insufficiens.

queritur de alia diuisione que est per obiecta.vr̄.n.q̄ sit insufficiens:qz in illum peccans peccare dr̄:quē ex suo pctō ledit:sed deum peccādo ledere nō possum⁹:vt dicit̄ Job.35.Si peccaueris:quid ei nocebit:ꝛ si multiplicate fuerint iniqtates tue quid facies ꝺtra illuz: g̃ dr̄ incōueniēter aliqs in deū peccare. ¶ ℣.illō q̄ ē rō diligēdi nō ꝑt odio hr̄i:sꝫ hō ē rō diligēdi respcū sui ipius qz nihil homo diligit nisi inq̃tum ē bonū sibi.g̃ nullus seipm̄ bñe odio pōt:sꝫ in illum peccam⁹ quē odio hēmus.g̃ nullus in seipm̄ peccat. ¶ ℣ pctm̄ charitati opponit̄:sed in p̄ceptis charitatis non datur distinctum p̄ceptuz hoi de dilectione sui:sed includit̄ in dilectione dei ꝛ p̄rimi.g̃ nō deberet poni vn⁹ determinat⁹ modus pctī ex ℔ q̄ peccatur in seipm̄. ¶ ℣.genꝰ peccat in p̄rimum peccat̄ seipm̄ ꝛ in deum.g̃ peccatum in p̄rimū nō dꝫ diuidi cōtra

Ulterius (peccatū quod est in seipz ꝛ in deuz.

queritur de alia diuisione que sumit̄ fm

Reſpōdeo (nitur quod per ignorantiam fit.

dōm:q̄ ista diuisio assignatur fm gradus quib⁹ fit p̄gressus ad ꝯplemētum pctī:gradus autez isti attendit̄ fm q̄ vn⁹ actus alteri actui additur ad pfectionem pctī.vñ opꝫ q̄ fm gradus icludat in se peccatū:ꝛ ita ē quasi diuisio toti⁹ potestatiui:additio aūt actus ad actū pōt eē multiplr̄:ꝛ fꝫ hoc sunt diuersi gradus ī pctō. vñ p̄im⁹ gradus pcti est in p̄mo actu pctī:sup quē alia ad dunt̄. hic āt est actus interior.s.voluntatis:ꝛ ℔ est p̄imū mēbꝝ diuisionis.s.peccatū cogitationis:huic autē actui supadditur alius act⁹ exp̄mens et designans hūc actuz.s. act⁹ locutionis:et ideo ℔ ē sc̄m membꝝ diuisionis:itez super actum locutionis addit̄ actus exterior:quo mēbra corpis mouent̄ ad ꝯsequendum finem voluntatis:ꝛ hoc erit tert⁹ gradus ꝛ tertiū mēbꝝ qō ē peccatū opis: q̄rto additur actus exterius actui exteriori:ꝛ hic ē vltim⁹ gradus ꝛ q̄rtuz mēbꝝ.s.peccatum ꝯsuetudinis:quia cū post actū exteriorē non sit aliquis actus alterius generis.opꝫ q̄ vltim⁹ gradus peccati sit fm multiplicationē hꝰ actuū.

Ad primū ergo dōm:q̄ diuisio alicui⁹ pōt eē multipliciter:vel sicut generis in spēs vl sicut subti in accidentia:vel ēt alys modis quos Boetius numerat:diuisio ergo generis in spēs vel dr̄ias p̄imas n̄ est nisi vna:sed diuisio subiecti in accidentia pōt eē multiplr̄ scōm q̄ vni multa accidūt.dōm ergo q̄ diuisio peccati in spēs suas cētiales est per oppositū virtutis:qz oꝫ q̄ sit scōm obm ex quo specificatur peccatū ꝛ virtus:ꝛ talis distinctio peccatoꝝ hic nō ponitur:sed ponunt̄ q̄dam distinctiones scōm aliqua pctī accidentia:ꝛ iō nō est icōueniens si sunt plures. ¶ Ad scōm dōm:q̄ in peccato cogitationis intelligitur omne peccatum qō in solo interiori actu ꝯsistit.ꝛ ideo includitur ēt affectio sine qua nullū peccatum ē. ¶ Ad tertium dicendum:q̄ q̄nis lingua sit exterius membꝝ:tñ inter alia est magis ꝓpinquū interiori actui fm q̄ congruit in locutiōe:quia locutio est signum interioris actus:et ideo quēdam gradum hꝫ in p̄gressu peccati locutio inter peccatū cogitationis ꝛ opis. ¶ Ad quartū dōm:q̄ consuetudo est quedā circunstantia aggrauās peccatum ex multiplicatiōe ipsoꝝ actuum: ꝛ ideo in ꝯsuetudine est vltim⁹ p̄gressus peccati:ꝛ iō nō ponitur consuetudo quasi condiuisa ꝺtra actum simplr̄: sed ꝺdiuisa ꝺtra actū nō cōsuetum:sicut ē in diuisione totius potestatiui. ¶ Ad qntum dicēdū:q̄ scōm opinionē illoꝝ q̄ dicunt q̄ in pctō omissionis regritur aliqs act⁹ interior vel exterior peccatum omissionis includit̄ ī peccato cogitationis locutiōis et operis: et sil̄r scōm alios q̄ dicunt q̄ non requiritur ibi act⁹ exterior:qz sic facer̄ ī cludit nō facere.et sic de alys:vt supra dictum ē.

Ad id quod vlterius queritur:dōm est q̄ sic oīs virtus est iusticia quodāmodo:vt dicit p̄hs qnto ethicorum:ita omne peccatū est iniusticia. Iniusticia autez est ex hoc q̄ detrahitur alicui qō sibi dēbetur:et id eo iniusticia hꝫ quasi obta.s.illud quod detrahitur:ꝛ ℔ est p̄ope materia actus:et vnde peccatum specificat̄:et ille cui detrahit̄:sicut homo cui per iniusticiaz aufertur res sua:et penes hoc obm sumitur hec peccati

diuisio:quia homo aliquid dz deo sibi ꝛ proximo.deo dz amorē reuerētiam et hō:vnde qñ ab his deficit dr̄ peccare in deum:sibi dz munditiā et ordinatiōem sui sub regimine rōnis ꝛ hō:et qñ in his deficit dr̄ in seipm peccare: ꝓximo āt que dz planum est:et qñ in his deficit dicitur ī ꝓximum peccare:et idem est si ꝺria horum faceret.

¶ Ad ꝑmum ergo dōm:q̄ non dr̄ homo in deum peccare q̄ deum in aliquo ledat:fz quia deo subtrahit qō ei dz:ꝛ inq̄ntum in ipso est:eius gloriam minuit: q̄uis hoc facere non possit. ¶ Ad scōm dōm:q̄ quilibet nāliter seipsum amat.ꝛ ideo vnusquisq; amat b̄ qō se eē extimat.quidaz āt extimant ꝛ vere se eē id qō fm intellectum sunt:quia ex b̄ hō ē homo:ꝛ ideo appetunt sibi ea que sunt bōa fm intellectum ꝛ rōnem vel directe vel indirecte:quidā vo extimāt se eē qō nō sunt:ꝛ falso ꝓpter naturam sensibilē que exterius appet:ꝛ ideo diligunt in se naturam sensibilem appetētes ea que sunt fm sensum ōlectabilia:ꝛ quia hō sunt mala eis:ꝛ nociua fm id quod vere sunt. ideo sibi ipsis nocent ꝛ se odiunt actu:non affectu. ¶ Ad tertiū dicēdū:q̄ hoiem diligere se nihil aliud est q̄ se deo velle vniri:quia homo se ꝓpter deum dz diligere:ꝛ ideo in dilectione dei includitur dilectio sui ipsius:non āt peccatū quod est in deum ē rō peccati quo homo in seipz peccat. ꝛ ideo non est similis rō vtrobiq;. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ distinctio ista sumitur scōm illud in qō directe peccaī: sed quando aliquis peccat in ꝓximum peccat quidem in seipsum:et in deū:sed ex ꝯsti.Et similiter quādo peccat ī se peccat in deū .ꝛ econuerso:et iō obiectio nō ꝓcedit.

Ad illud quod vlterius queritur dicendum:q̄ ista diuisio peccatorum que est scōm nomina attenditur penes ea:ex quibus actus regulatur. s. precepta legis:ꝛ hoc dupliciter:quia vel scōm distinctiones p̄ceptorum in se:et sic delictum respicit precepta affirmatiua et peccatum precepta negatiua:vel scōm q̄ diuersimode peccans a preceptis deficit:quia vel deficit a preceptis scōm rationem per ignorantiam:et sic est delictuz vel scōm voluntatem per contēptum:et sic est peccatum et sic patet rō duplicis expositionis.

¶ Ad primum ergo dicendum:q̄ sapiens bene curat nomina scōm q̄ exprimūt proprietatem rerum:et nō pp se: et q̄ ex diuersis rationibus peccatorum essentiales eorū differētie inueniuntur.ideo non fuit inconueniens hanc diuisionem ponere. ¶ Ad ⁊m dōm.q̄ q̄uis peccatuz nominet auersionez : tamen proprie loquendo non nomiat omissionem:sed magis actum auersioni coniunctuz: differt enīz omissio ab auersione .omissio enim dicitur propter defectum actus debiti:sed auersio propter recessuz a fine. ¶ Ad tertium dicēdum:q̄ qui ignoranter aliquid facit inuoluntarius facit : et ideo magis peccat in hoc q̄ cognitionem eorum dimittit que tenetur cognoscer̄ q̄ in hoc q̄ talia agit ꝛ ꝓpter hoc peccatum per ignorantiam delictum potest dici.

¶ Utr̄ diuisio capitalium vitiorū sit competēs. III.

AD tertium sic proceditur.videtur incompetens esse diuisio vitiorum capitalium que in lr̄a ponitur.q̄ illud ex quo oriuntur alia:ꝛ quod alys peccatis p̄cipatur:videtur eē peccatorum caput: sed superbia:vt dicit Grego.est ex qua omnia peccata oriuntur :et ē quasi regina omnium peccatorum.ergo ipa sola dz dici vitiuz capitale :vel saltem ipsa ꝛ auaritia:ex qua alia oriuntur:vt in littera dicitur. ¶ Preterea. capitale p̄cipale dr̄:sed quod imperfectam rōnem peccati bz p̄ncipale peccatum non ē:cum ergo veniale imperfectam rationē peccati habeat,videtur q̄ peccatum veniale non possit esse peccatum capitale:sed multa de istis vitys que inter capitalia computātur: ꝛ fere omnia :quādoq; sunt venialia.ergo incōueniēter dicūtur capitalia. ¶ Preterea.capiti respondet membrum:sed vitia que ex istis vitys hic numeratis oriuntur:dicuntur a Grego.filie:ꝛ non membra.ergo ista vitia non debent dici capita:sed matres.

¶ P.prouerbioꝝ sexto dicit.Sex sunt que odit deus ⁊c. Dicit glo.q̄ numerantur ibi septē vitia capitalia:sed nullum eorum que ibi dicuntur est aliquod eorum q̄ hic numerātur.ergo vr̄ q̄ sint ad min⁹.14. ¶ P.non est aliq̄ vitium quod interdum ex alio oriri non possit.si ergo capitale vitium est ex quo alia oriuntur videtur q̄ oīa peccata sint capitalia. ¶ Preterea.plura sunt vitia q̄ virtutes:quia vni virtuti plura vitia opponūtur: sed virtutes principales sunt septez: tres theologice:ꝛ quatuor cardinales.ergo peccata capitalia debent esse plura q̄ septez. ¶ Preterea.fides est fundamentum virtutum:vt dicit Ro.ii.Sed infidelitas fidei opponitur.ergo infidelitas debet computari inter vitia capitalia precipue ꝓpter id quod dicitur sapientie.14.Ex infandorum ydoloꝝ cultura oīs mali p̄ncipium est ꝛ origo.

Respondeo dicendū:q̄ vitium capitale dicitur vitium ex quo alia vitia oriunt̄.vñ in hoc differt capitale peccatum a radice peccati:quia capitale peccatum ē peccatū quoddā:radix āt peccati nō ē peccatū si ꝓprie sumatur vt ex predictis pz:pctm̄ autem ex peccato oritur quatuor modis:vt supra.36.dist.dictuz ē.Un⁹ modus ē ex pte auersionis fm q̄ gratiam p̄uat: qua p̄uata homo in peccatum ruit:sed ista origo non est nisi per accidens: quia p̄mum peccatum cāt ⁊m sicut remouens ꝓhibens:caput āt nominat per se originem: ꝛ iō p modū istū non pōt dici ꝓprie vitiū capitale . Alio mō ex pte auersionis fm q̄ ex actu pcti relinquitur habitus et ex habitu iterꝝ ꝓcedit act⁹:ꝛ fm hanc originē non pōt dici vitiū capitale:quia hic non est origo peccati ex peccato directe:sed mediante habitu.Alio modo pctm̄ oritur ex peccato inq̄ntū vnū pctm̄ alteri materiā āministrat sicut luxurie gula:ꝛ quia res non habet esse scōm materiā sed fm formā:ideo non complete oritur peccatuz ex illo pctō quod materiā prestat:ꝛ propter hoc nec adhuc inuenitur perfecta ratio capitalis vity.Quarto modo oritur pctm̄ ex peccato quod ordinatur in finem illius:sicut cū quis ad habendum pecuniā furatur:furtum ex auaritia nascitur:ꝛ quia in moralibus spēs est a fine.ideo hec ē forma lis ꝛ completa origo peccati ex peccato : ꝛ scōm hanc originem ꝓprie dicitur vitiū capitale:et saluatur ibi metaphora capitis : scōz q̄ principem alicuius exercitus caput in exercitu dicim⁹ quia princeps est exercitus:ad cuius bonū tot⁹ exercit⁹ ordinatur.vt ex.ii.metaph̄.pz:ꝛ p hunc modum illud viciuz : ad cuius finem illa ordinant̄ caput eorꝝ dr̄.Et iō Greg.ponit vitia capitalia q̄si duces exercit⁹:et alia vitia q̄ ex eis oriūt̄ ponit exercit⁹ eorum: exponēs illud Job.39.Audit clamorē ducuz et vlulatuz exercit⁹ꝛ qz finis semp ē magl appetibile eo qō ē ad finē : iō oz vt illa pctā p̄cipue capitalia dicāt̄:in q̄bꝰ fines appetitus corruptus magis natus est tendere. hō autem sunt peccata illa qui circa principalia obiecta sensibiltum potentiarum sunt.quia ex corruptione sensualitatis peccata in nobis oriuntur.appetitus āt sēsibilis in duas vires diuiditur.s.irascibilem et concupiscibilem:ꝯcupiscibilis aūt obm est delectabile et conueniens secundum sensū. et ideo peccatum capitale quod ī concupiscibili est:vel ē ex hoc q̄ inordinate desiderat delectabile secundum sensum:vel ex eo q̄ inordinate fugit impedimētū huiusmodi delectatiōis . Si ꝑmo mō hoc ē ꝓpter vel ex eo q̄

appetitus tēdit in id quod ē ordinatū ad delectabile sensus: cuiusmōi sūt bona exteriora: ⁊ sic ē auaritia: vl' ex eo q̄ appetitus inordinate tēdit in ipsius delectabile sensus: perfecta aūt delectatio fm sensus ē scōz tactū ⁊ gustū, put est tactus quidā: qz est fm applicationē ipsius rei ad sensū. ⁊ iō circa delectabile tactus absolute ē vnū viciū capitale. s. luxuria: ⁊ circa delectabile gustus, put ē tact⁹ quidā ē aliud s. gula: sed ex eo q̄ fugitur inordinate impedimētuz delectatiōis sensibilis est accidia que ē tediuz spūalis boni: scōz q̄ impedit ōlectationē aliquā dissolutā: obiectū aūt ē irascibilis proprie est arduū vel magnū aliqō in quod hō nititr. ergo capitale pctm̄ in irascibili pōt eē dupliciter vel ex eo q̄ irascibilis inordinate fert̄ in arduū: ⁊ sic proprie est supbia vel ianis gloria: vel ex eo q̄ cōtra tēdit ad id qō est ardui impeditiuuz: ſz hoc pōt eē dupliciter: qz illud impeditiuuz cōtra quod tendit vel impedit directe in cōtrariū agēdo: sicut impugnās aliquē impedit promotionē eius: ⁊ sic ē ira q̄ ē appetitus in vindictā vel indirecte: ⁊ sic ē inuidia q̄ ē dolor alieni boni fm q̄ illud bonum estimatur impeditiuuz p̄

Ad primuz (prie excellentie.
ergo dicēduz q̄ auaricia siue cupiditas tripliciter dicit̄. Uno. n. modo noīat passionē vel promptitudinē ad passionē ex originali relictā: ⁊ sic nō ē peccatū: ſz radix peccati. Alio mō fz q̄ dicit̄ inordinatus appetitus cuiuslibet boni cōmutabilis siue scie siue honoris siue pecunie siue cuiuscūq;: ⁊ sic auaricia vel cupiditas ē gen⁹ oium peccatorū. vñ sup illō ad Ro. 7. Cōcupiscētiā nesciebat ⁊c. Glo. Bona ē lex que duz concupiscētiā prohibet oia mala p̄hibet. Tertio dicit̄ auaricia vel cupiditas fm q̄ ē inordinatus appetitus rerū exteriorū q̄ ad vsum vite pertinent. ⁊ sic est quoddā spāle pctm̄. Similiter etiā supbia tribus modis dicit̄. vno mō ipse habitualis cōtemptus p̄cepti et p̄cipientis ex corruptione nature puenies vel ex quocūq; defectu creature: ⁊ sic nō ē peccatuz: ſz initiū peccati. Alio mō dicit̄ appetitus excellentie in quibuscūq;: qz gcūq; appetit aliqd ordinate vult quodā modo excellere in illo: iō boc mō supbia vt fert̄ ad oia pctā cōmune est fm q̄ ē desideriū cuiuscūq; excellētie. Tertio mō dicitur fz q̄ ē inordinatus appetitus illius excellētie determinate cui debetur bonor ⁊ reuerētia: ⁊ sic est spāle pctm̄ ꝺöz ē ergo q̄ sumēdo primo modo supbiaz ⁊ cupiditatē ex eis oriūtur oia vicia: sicut ex radice vel initio: ⁊ non sicut ex pctō capitali loquēdo de vtroq;. Secūdo mō oriuntur ex eis oia peccata: sicut spēs ex gñe. Loquēdo aūt de eisdē tertio mō sic oriunt̄ ex eis quedā spāli a vicia: ſz interdū ex eis oia vicia possūt oriri: ⁊ frequētius ex aliquo eorū oriuntur oia q̄ ex quouis alio vicio: cuius rō est cōmunitas obiectorū ipsorū qz obiectū auaricie. s. pecunia p̄mittit sufficiētiā i oibus q̄ sūt hoi necessaria: ⁊ iō facillime affectus inclinat̄ in ℔: silr ēt excellētia q̄ ē obiectū supbie: vī eē magis p̄pinquū bonū ipsi hoi. ⁊ iō appetitus facile inclinat̄ i illā ⁊ ēt magis q̄ in auariciā: qz pecuniaz null⁹ diligit nisi pp aliud qō ex ea p̄seq intēdit. vt i p̄mo ethi. dr̄: ſz excellētia ē quoddā pp se desideratuz. ¶ Ad 2m ꝺöz. q̄ q̄uis veniale pctm̄ nō bēat p̄ncipalitatē in rōne pcti: pōt tn̄ bre p̄ncipalitatē in finem ad quē alia ordinant̄. ⁊ iō nihil p̄hibet veniale pctm̄ eē capitale viciū. ¶ Ad 3m ꝺöz. q̄ vnū viciū dr̄ caput alteri⁹ fz q̄ aliud viciū ex eo orit̄. ⁊ iō qz in noīe filiatiōis magis exp̄mit origo q̄z i noīe' mēbri: iō poti⁹ vicia ex his gñata dr̄ filie q̄z mēbra ⁊ viciuz ex quo gñat̄ dr̄ potius caput p modū originis. vt dcm̄ ē. ¶ Ad 4m ꝺöz. q̄ viciuz capitale ibi sumit vitiū graue qō pena capitis plectēdū est. ⁊ iō eguocatio ē de capitali. ¶ Ad 5m ꝺöz. q̄ q̄uis qōlibet vitiū ex quolibet possit oriri: tn̄ q̄dā vitia sūt in q̄ hō facilius inclinatur etiaz p se: ⁊ illa ponunt̄ capitalia vitia: ⁊ q̄daz vitia sūt in que nō facile inclinat̄ aliqs nisi pp finē alterius vitij: et hō dr̄ esse filie capitali ū vicioꝝ: ⁊ fm q̄ directius pōt reduci in finē vnius vicij q̄z alterius: fm hoc vnum vicium assignatur potius filia vnius capitalis q̄z alterius: quāuis ex diuersis interdū oriat̄. ¶ Ad 6m ꝺöz. q̄ plura sūt vitia q̄z virtutes: nō tamen oportet q̄ plura sint vicia capitalia q̄z virtutes principales: qz circa vnā materiā in qua ē virtus possunt esse diuersa vicia: ſz tamē nō oīa habēt principale obiectum in qō facile aīus inclinet̄. ¶ Ad 7m ꝺöz. q̄ fides est fundamētuz iquātuz hz in se rōnez cognitiōis: qz ex cognitiōe affectio quodā modo gñatur: ſz ifidelitas est p̄uatio cuiusdā cognitiōis. ⁊ iō p se nō pōt causare affectionē: sed p accidēs: sicut remouēs cognitionē que prohibeat pctm̄ per modum quo ignorantia est causa peccati: ⁊ hoc mō dr̄ hydoloꝝ cultura oīuz maloꝝ origo eē: ſz iste nō est modus quo alia vicia ex capitalibus oriunt̄. vt dcm̄ est.

¶ Utꝝ spēs supbie pueniēter assignent̄. IIII.

Ad quartum sic procedit̄. Uidetur q̄ incōueniēter spēs supbie assignētur. Credere. n. aliqd qō est cōtrariū articulo fidei est pctm̄ ifidelitatis: sed oia bona eē a deo cōtinetur i articulis fidei. vt pz in symbolo. vbi dr̄ factor visibiliū ⁊ inuisibiliū. ergo vī q̄ cū aliqs sibi tribuit bonū qō hz: ⁊ nō a deo recognoscit q̄ sit ifidelitatis pctm̄: ⁊ non supbie. ¶ P. nullus peccat credēdo qō verū ē: ſz verū ē multa bona hoi p meritis dari. g̃ vī q̄ nō sit pctm̄ supbie credere aliqd sibi p meritis a deo datū eē. ¶ P. vnū nō pōt eē ꝛciū duobus: ſz phs ponit iactātiā ꝛciā virtuti q̄ dr̄ vitas in. 4. ethi. ergo nō ꝛciat̄ būilitati: ⁊ ita nō ē spēs supbie: sicut in lra dr̄. ¶ P. ille cui oia videtur parua oīa despicit: ſz magnanimo oia parua videtur. vt phs i. 4. ethi. dicit. ergo magnanimi ē alia ōspicere: ſz illud qō ē virtutis nō ē supbie. ergo nō ē spēs supbie q̄ homo ceteris despectis singulariter velit videri. ¶ P. igrati tudo ⁊ inobediētia ⁊ multa alia vicia spēs supbie assignāt̄. ergo cū de bis nō fiat i lra mētio. vī q̄ isufficiēter assigné-

Respondeo (tur species superbie.
ꝺöz. q̄ fz phz rectū ē index sui ipsi⁹ ⁊ oblīq. vt dr̄ p̄mo de aīa. ⁊ iō ex virtute i cognitiōz vicij opositi p̄cedēdū ē: qz vo oz vt viciū illi virtuti opponat̄: cū q̄ in obo cōicat: sicut luxuria castitati. obz āt supbie ē altū vl' arduū: iō oz q̄ magnanimitati opponat̄ cui⁹ ē i magna tēdere. Sciēdū āt q̄ magnanim⁹ mediocriter tēdit i magna ſz hec mediocritas nō attēdit̄ fz q̄titatē ei⁹ in qō tēdit: qz ℔ in qō tēdit magnanim⁹ ē maximū q̄tūcūq; pōt eē: ſz attēdit̄ mediocritas i duob⁹. s. i electiōe magni: ⁊ i ꝓportiōe sui ad magnū. In electōe magni dico: qz tēdit i id qō ē magnū simplr: qō ē. s. actus virtut⁹ pfect⁹: nō āt tēdit p̄cipalr i id qō ē magnū fz gd: sic sunt exteriora bona iter q̄ p̄cipue magnū ē bonor: nō. n. magnanim⁹ bonorē q̄rit tāq̄ finē volūtatis sue: qz ℔ nimis sibi paruū reputat: cū sit vanū ⁊ trāsitoriū bonū. vñ nō multū curat bonorari: ſz fieri bonore dignū fz q̄ bonor ē testimoniū virtut⁹. Itē mediocritas attēdit̄ i ℔ q̄ nō tēdit i qōcūq; magnū qō sibi i ꝓportionatū sit: ſz i magnū qō pōt sibi eē ꝓportionatū. ⁊ iō null⁹ pōt eē magnanimus nisi virtuosus q̄ est habilis ad magna. Et propter hoc ēt phs dicit q̄ magnanimitas est ornamentū virtutū oīum: qz magnanimitas inclinat ad faciēdū magna in oibus virtutibus: vt q̄ faciat maximos actus fortitudinis temperātie ⁊ huiusmōi: ⁊ fm hec duo inanis gloria et superbia sūt oppositе magnanimitati: qz inanis gloria nō tendit in id quod est magnū simpliciter: ⁊ q̄ magnanimitas p se querit: ſz in magnū exterius vt in laudē vel bonorē: vel aliquid hō: supbia vo tēdit in magnū simplr: ſz non scōm proportionem suam. ⁊ ideo qz actus fortitudinis est

maxie arduus ꝛ difficilis ꝓpter hoc superbus precipue anhelat ad supabundātiaz fortitudinis:ꝛ ideo dicit philosophus in tertio ethicozum q̄ supbus vult videri audax. Qō autē tendit in aliquid magnū nō sibi ꝓportionatuz potest cōtingere dupliciter:aut quia illud simpliciter ꝑm se ꝛ absolute deficit sibi:ꝛ sc̄z hoc ē tertia species q̄ iactātia dicitur:aut quia quāuis habeat:nō tamē habet eo modo excellēti:sicut nitiſ. Iste autē modus excellēs est duplex sc̄z duplicē moduz quo aliquid ē in causa excellētius q̄ in causato. Causa enim abundātius:ꝛ pfectius habet aliquid q̄ causatum:sicut ignis calorez q̄ elemētata:ꝛ ꝑz hunc moduz excellētie est quarta species:quia vult singulariter videri. Item qō ē causa nō habet ab alio:sed a se inquātū ē causa huius quod in effectu ab alio ē:ꝛ sc̄z hoc sunt due prime spēs supbie:quia sc̄z primā spēz superbie attribuit sibi hoc qō hz tāquā nō ab alio sibi sit datuz.ꝑm autē secūdaz attribuit sibi:sicut cause meritorie.

Ad primum ergo dicēduz q̄ peccatuz supbie nō est in sola cogitatiōe:ſz in affectione nō enim supbus hoc credit q̄ aliquod bonuz sit quod non ē a deo:ſz hoc modo se de bono quod hz magnificat ac si ab alio nō haberet. ¶ Ad sc̄m dicēduz q̄ merita nostra insufficiētia sr̄ ad ea que ꝓ meritis reddūtur. Et ꝓterea ipsorum meritorum nō solū causa sumus nos:ſz principalis causa ē gratia q̄ a deo tātuz ē. ¶ Ad tertiuz dicēduz q̄ iactātia sc̄z q̄ dicit quādaz exteriorē ostēsionē ꝑ verba vl̄ gestus eius quod intus nō habeť ē opposituz veritati:sed sc̄z q̄ iactātia dicit quādaz excellētiaz qua alius hois se ipsius extollit iterius de eo quod nō habet opponiť humilitati:ꝛ est spēs supbie. ¶ Ad quartuz dicēduz q̄ magnanimo oīa parua videtur:nō qz bona aliorum despiciat:sed quia nihil ē in humanis actibus qō tāquā insolituz admiretur:cū cogitatio sua sit ad faciēdū maxia queq;:propter quod dicit philosophus q̄ magnanimus nō est admiratiuus. ¶ Ad quintū dicēdū q̄ inobediētia ꝛ īgratitudo nō sunt spēs supbie quasi eēntialiter supbiam diuidētes:sed dicūtur superbie species inquātuz participant aliquid superbie sc̄m q̄ a superbia imperātur.

¶ Utr̄ oīa pctā sint paria. V.

Ad quintuz sic proceditur. videtur q̄ oīa pctā sint paria. Uirt⁹ enim ē equalitas q̄dam eo q̄ est immedietate cōsistens:ſz equalitas nō est nisi vno modo q̄si indiuisibili existēs. ergo illud qō priuat virtutē totā eā priuat:sed priuatio nō recipit magis ꝛ minus nisi forte sc̄z hoc q̄ habitus vl̄ totus vel in parte priuať. ergo ꝛ peccatuz quod dicit per priuationē virtutis nō recipit magis ꝛ minus. ¶ ℙ. albius ē quod ē nigro impmixtius. vt philosophus dicit:sed quodlibet vitiuz ē oīno impmixtuz virtuti:quia nihil virtutis ē ī vitio. ergo vnuz vitiū nō est grauius alio. ¶ ℙ. si esset p̄ceptū alicui q̄ catenā nō trāsgrederetur quicūq; eā trāsiret punireť:nec esset differētia vtrū eā per vnuz passum vel ꝑ duos transiret:quia equalr̄ ꝓ vtroq; punireť:sed preceptū legis diuine ꝛ legis naturalis ē:vt homo rectitudinē virtutis nō transeat. ergo qualitercūq; aliquis extra rectitudinē virtutis fiat nō differt:ꝛ ita oīa peccata sūt paria. ¶ ℙ. eadē imperitia īponitur naute siue nauis in pelago siue ī litore submergaťr:sed sicut nauta ꝑ artē suā regit nauem ne pereat:ita homo ꝑ virtutez suā regitur ne in actu peccet. ergo idē p̄iudicium virtutis q̄litercunq; homo in peccatum ruat. ¶ ℙ. ex hoc aliquid ē malum:qz nocet,vt Aug. dicit:sed omne pctū mortale eq̄liter nocet:eo q̄ quodlibet peccatum mortale priuat oēs virtutes. oīa ergo pctā mortalia saltem sunt eq̄lia. ¶ ℙ. eq̄litas est in oībus virtutibus ꝓpter charitatem q̄ est mater earum:sicut dicitur Apoc. penulti. q̄ latera ciuitatis sunt eq̄lia:sed similiter oīum peccatorum mater est cupiditas,vt in littera dicitur. ergo oīa peccata sunt paria.

Sed contra pctū nihil aliud ē q̄ quedā obliq̄tio a rectitudine virtutis:ſz contingit lineā vnā magis esse curuā q̄ aliā. vt ex. 4. physicorum potest accipi. ergo contingit vnum peccatuz esse maius alio. ¶ ℙ. sicut falsitas est recessus ab eq̄litate veritatis:ita ꝛ pctū est recessus ab eq̄litate virtutis:sed contingit eē falsitatē magis ꝛ minus:sicut dicit philosophus ī. 4. Metaphysice q̄ error estimātis tria eē. 5. nō ē tātus: sicut error estimantis tria esse mille. ergo ꝛ peccatum contingit esse grauius alio peccato.

Respondeo dicendum q̄ stoycorum opinio fuit: quos Tullius imitatur. vt in libro ō paradoxis pz: omnia pctā paria esse: cuius positiōis ratio fuit:qz extimauerunt bonitatē virtutis esse in quodā indiuisibili ex eo q̄ virtus nō ē nisi ex debita ꝓportiōe oīuz circūstātiarum ad actum. quod nō contingit nisi vno modo:ꝛ ideo virtus compatur bis quorum ratio in indiuisibili ē. i. que tātum vno modo contingit:sicut comparatur eq̄litati rectitudini ꝛ centro circuli. vnde putauerūt q̄ nihil de bonitate remaneat quātulumcūq; ab hoc indiuisibili discedatur:ꝛ qz ꝑ quodlibet pctū ab hoc indiuisibili discediť:ideo putauerūt sequi q̄ oīa pctā essent paria. Sz hec positio ex. 4. falsis videť seq. ℙrimo qz secūdum opiniones socratis: que tāgitur. 6. ethicorum: ponebāt virtutē ꝛ scientiā idem esse. ꝛ ideo cum eadez sit scientia rectificādi se in oībus hūanis actibus:ex oībus virtutibus vnā conflabāt:quā sapientiā dicebāt. ꝛ ideo nō erat disparitas viciorū ex oppositiōe ad diuersas virtutes. hoc āt falsum est vt ibidē philosophus ostendit:qz virtus p̄ter sciētiā est habitus inclinās ad id qō est rōni conueniēs. Secūdo qz rō virtutis nō est oīno in īdiuisibili:qz vt in sc̄o ethicorum dicitur:nō oportet semp mediuz attingere adhuc q̄ sit opus virtutis:sed sufficit circa medium esse:ſz verū est q̄ pfectio vtutis in īdiuisibili cōsistit. Tertio qz ꝛ si ratio vtutis oīno cōsisteret in īdiuisibili:nō tñ rō bonitatis in īdiuisibili cōsisteť:sicut nec rō pfecti:eo q̄ cōtingit pfectionē pfectiōi superaddi:quaz vnaqueq; rōnē bonitatis cāt. ꝛ ideo minor est bonitas si due pfectiones subtrahātur q̄ si vna tātum:ꝛ ꝑm hoc si nō esset virtus nisi quādo actus esset pfectus sc̄m oēs circūstātias oīno ad mediuz ꝓcurrentes:tamē vnaqueq; circunstātia suā bonitatez haberet. ꝛ ideo peior actus esset in quo corrumperētur due circunstātie q̄ in quo corrumperetur tantum vna. Quarto quia ꝛ si ratio bonitatis in indiuisibili sit:ꝛ negatio sc̄z magis ꝛ minus nō dicať ī se:tñ quātū ad cām suā intenditur ꝛ remittiť:sicut dicitur magis cecus cui ex toto erutus ē oculus q̄ q̄ ex aliquo humore ad pupillā ꝓcurrēte visuz amittit:q̄uis vterq; cecus sit:ꝛ ꝑ būc modū etiā inequalitas dr̄ sc̄z magis ꝛ mín⁹:qz distātia ab eq̄litate que equalitatē tollit potest esse maior vel minor:ꝛ ꝑ būc etiā modū ꝑm maiorē vel minorez distantiā a bonitate posset actus dici magis vel minus malus. ꝛ ideo simplr̄ ꝓcedendū est: vnū pctū alio grauius eē:hoc āt cōtingit duobus modis. vno mō ex parte ipsius pctī in se. alio mō ex parte peccantis. Ex pte pctī in se accidit maior vel minor grauitas pctī ex illa cā ex q̄ gs actus malus ꝑm se dicit. B autē est ꝑz q̄ actus discordat a rectitudine rōnis. vnicuiq; enim nature indita est nālis quedā inclinatio in suū finē. ꝛ ideo in rōne est quedam nālis rectitudo per quā in finē iclinaťr. ꝛ ideo illud qō abducit a fine illo est discordans a rōne: ꝛ qz lex naturalis ē ꝑz quā ratio recta ē. Jdeo Augu. dicit q̄ pctū

dicit inquantū discordat a lege eterna: cuius expssio ē ipa lex nālis. quāto ergo aligs actus magis abducit a fine humane vite tāto i se grauius pctū est: siue hoc ꝓtīgat ex materia circa quā peccat: siue ex corruptiõe pluriū vel paucrū circunstantiarū. Ex parte aūt peccātis etiā pctī est grauius quātū ad duo: vel pp maiorē ꝓtēptū: vel etiam ꝓpter maiorē libidinē: quorū primū respicit auersionē: z zm conuersionē peccati: sz ista grauitas accidētalis est pctō fz q in gñe suo cõsiderat: qz illud qõ ex gñe suo ē leuius põt eē grauius cū ex maiori libidine vel contēptu fit.

Ad primuz ergo dicēduz q quāuis virtus sit eq̃litas: nõ tamē opz ad eē virtutis q ad oīmodaz equalitatē pueniat. hoc.n. est de pfectione virtutis. z iõ virtus intendit z remittit: vel ex parte ipsius act⁹ q tanto vtuosior ē quāto ad equalitatē magis accedit vel ex parte operātis: q quāto pfectiori habitu operat tanto actus eius vtuosior ē etiā si sit actus eiusdē gñis: z similiter est de peccato. Et preterea si ēt virtus esset vno mõ tñ ratio nõ pcederet: sicut ex ꝓdictis pz. ¶ Ad scõm dicēdū q in quolibz pctõ est aliquid virtutis: virtus.n. constituitur ex eq̃litate oīum circunstātiarū. non ē autē pol̃ vt phs in. 4. ethi. dicit. vt oīuz circūstātiarū corruptio fiat. z ideo aligd virtutis in actu pcti remanet. z iõ hz pctī aliquā p̃mixtionē ad virtutē. z iõ rõ nõ procedit. ¶ Ad 3m dõm q aligd ē in se malū. z aligd malū est tantū qz ꝓhibitū: i illis ergo q̃ sūt mala qz ꝓhibita tñ nõ differt vtrū paz vl̃ multū a ꝑcepto elongeť ex parte ipsius actus: quāuis differat ex pte agētis fz q maiori vel minori ꝓtēptu põt facere. hꝰ rõ ē: qz in his tota rõ malicie ē ex hoc q nõ seruat ꝑceptū: z ita rõ bonitatis ē in eo q ĩstitutū ē p ꝑceptū. z iõ si B tollit nil bonitatis manet: sz nõ oīa petā sūt bꝭ. z iõ rõ nõ ꝓcedit. ¶ Ad 4m dõz. q i submersiõe nauis vbicūq; smergatur est equale dānum: quia eadem res vtrobiq; perdit: sz non in quolibet peccato est equale dānum. imo in vno peccato perditur vna debita circunstantia. in alio due: et sic de alys: z ideo non est simile. ¶ Ad quintum dicendū q quāuis quodlibet peccatum mortale tollat oēs virtutes. vnum tamen tollit plus de habilitate ad virtutem q̃ aliud. Et preterea vnum peccatuz tollit per se illam virtutem cui opponitur: sed quasi per accidens aliam virtutez ¶ Ad sextum dicenduz q charitas non facit omnes virtutes esse quales scõz quantitatez: quia vna virtus nobilioz est alia: sed solum secunduz proportionē: quia quantū augetur vna virtus: tantuz augetur alia proportionaliter z est simile de augumēto digitoruz manus: z ita etiaz non oportet oia peccata equalia eē. Et preterea charitas est dilectio vnius rei. s. dei. cupiditas aūt ad plura se hz. z iõ nõ habet rationē puniēdi z adequandi sicut charitas.

¶ Expositio scõe partis textus.

Preterea sciendū est. 7. zc.) Uidetur i conueniēter numerare vitia capitalia: quia superbia est aliud ab iani gloria. ergo inanis gloria male ponitur loco superbie. Sed dicenduz q quia vt ostensuz est superbia habet maiorem aptitudinem vt ex ea omnia vitia alia oriantur q̃ aliquod aliorum. Ideo Hegorius non posuit superbiam quasi speciale caput viciorum: sed quasi caput vniuersale omnium: z nominauit eam reginam omnium viciorum: z loco eius inter vicia capitalia posuit inanem gloriam que est propinquissima filia sua. Hysidorus autem cõsiderans q ex superbia oia alia generantur: sed quedā frequētius que magis cū ipsa ꝓueniunt: ponit ibi superbiā spāle caput horū viciorum: que vt frequēter ab ea oriunť. z ideo computauit eam inter. 7. vicia capitalia. vt patet deutero. 7. in glo.

¶ De pctō in spiritū sanctū: quod dicit etiaz peccatum ad mortem. ¶ Dist. XLIII.

Est preterea quoddam genus peccati ceteris grauius z abhominabilius: quod dicitur peccatum in spiritum sanctum. de quo in euangelio veritas ait. Qui peccauerit in spiritum sanctum: non remittetur ei: nec hic nec in futuro. z Joannes in epistola canonica. Est peccatum ad mortem: non pro eo dico vt quis oret. Qui enim peccat in patrem remittetur ei. Et qui peccat in filium remittetur ei. qui autem blaspbemauerit in spiritum sanctum nõ remittetur ei: nec hic nec in futuro.

¶ Quid sit illud peccatum.

Sed queritur quid sit illud peccatum in spiritum sanctum vel ad mortem. Quidam dicunt illud esse peccatum desperationis vel obstinationis. Obstinatio est in malicia mentis indurate pertinacia: per quā fit homo impenitēs. Desperatio ē qua quis penitus diffidit de dei bonitate: estimans suā maliciā diuine bonitatis magnitudinē excedere. Sicut Cbayz qui dixit: maior est mea iniquitas q̃z vt veniā merear. Utrūq; vero dicit peccatū in spiritū sanctū: qz spūs sanctꝰ amor est patris z filij: z benignitas qua se inuicē z nos diligunt: que tanta est: cuius finis non ē. Recte ergo i spūz sctūz ōlinq̃re dr̃: q sua malicia dei bonitatē putāt superare. Et iõ pniam nõ assumūt: z q iniqtati tā ptinaci mēte inherēt vt eā nūq̃z derelinq̃re ꝓponāt z ad bonitatē spiritus scti nūq̃ redire velint: patiētia dei abutētes: z de mīa dei nimis pūmētes: qbus placz malicia pp se: sicut pūs bonitas. Isti nimia ptinacia z pūptõe peccāt: autumātes deū nõ eē iustū. Illi despatõe deū nõ bonū estimāt: rollētes in h turbulētissimo iniqtatū mari portū dine idulgētie: quo se recipiāt fluctuātes: atq; ipa ō spatiõe addūt petā petis: dicētes mīa nulla est z sup peccatores necessaria dānatio debeť.

¶ An omnis obstinatio vel desperatio peccatū sit in spiritum sanctum.

Sed q̃rit vtz ois obstinatio mētis i malicia obdurate: oisq; ōspatio sit pctūz i spūz sctūz. Quidā dīt oēz obstinatiōez z ōspatiōez pctūz eē i spūz sctūz. qō si est: aliqñ illud remittit: qz multi ēt obstinatissimi z desperatissimi cōuertunť. vt Aug. ait sup illū locū psalmi. Conuertaz in profundum maris. i. eos qui erāt ōspatissimi. Et ibi. Addidit cristallū suā fē frusta panis. i. obstinatos facit aliorū doctores

Taliuz cõuersio ibi ẽt euidẽter ostendit vbi ait. Qui eduxit vinctos in fortitudine. s. e. q. b. i. s. Scõm istos pctm̃ illud dicit irremissibile: non qn aliqñ remittat: sed qz vix z raro ac difficulter remittit. nõ. n. soluit christallus nisi vehemẽti spũs impetu. Alij vero tradũt nõ quãlibet obstinationẽ vel desperationez appellari pctm̃ in spiritũ sanctũ: sz illam tm̃ quã comitat ipenitẽtia: q etiã impenitẽtiã dñt peccatuz in spiritum sanctũ: qz Aug. dicit. impenitẽtia ẽ pctm̃ in spiritũ sanctũ: sz cũ sic est aliqs obstinatus vt non peniteat discuti oz: an aliud obstinatio: aliud ipnia sit i eo peccatũ: an idẽ sed diuersis modis cõmissuz. Scõm istos peccatũ illud dicit irremissibile eo q nunq̃z dimittat. Vñ Aug. etiam dicit q hoc solũ peccatũ veniã mereri nõ põt z Hiero. sup Marcũ ait: q taliter peccãs nõ potest digne penitere. z iõ recte Joannes dicit: vt nõ p eo ozet quis: qz q sic peccat: ozatiõibus ecclesie hic vel in futuro iuuari nõ põt: hñs coz iduratũ tãq̃z lapis. sicut de dyabolo legit. z post hanc vitaz qui valde mali sunt: meritis ecclesie iuuari non possunt.

¶ Oz aliter accipit pctm̃ in spiritum sanctum.

Est ẽt alia hui⁹ pcti assignatio. hoc. n. pctm̃ Aug. diffinit̃ i libzo de sermõe dñi i mõte ait. Pctm̃ ad mortẽ ẽ cũ p⁹ agnitionẽ dei p gr̃az xpi: oppugnat aliqs fraternitatẽ: z aduersus ipsaz gr̃az: q̃ deo reconciliatus ẽ: iuidẽtie facib⁹ agitat: qõ fortasse ẽ in spm̃ scm̃ peccare: qõ pctm̃ dr̃ nõ remitti. nõ qz nõ sit ignoscẽdũ peccãti si peniteat: sz qz tãta labes ẽ illi⁹ pcti vt depcandi hũilitatẽ subire nõ possit: etiã si pctm̃ suuz mala ꝓscia agnoscere z enũciar̃ cogat̃. Ut iudas cũ dixit peccaui: dspe rans facili⁹ cucurrit ad laqueũ: q̃z hũilitate veniam petere. qõ pp magnitudinẽ pcti iã ex dãnatiõe pcti tales hr̃e credẽdũ ẽ. Ecce q̃dã assignatio pcti i spiritũ sanctuz vel ad mortẽ hic posita ẽ: q̃ illud peccatuz eẽ tradit. Ecce oppugnatio fraternitatis post agnitionẽ: z iuidẽtia gr̃e post reconciliationẽ: q spes q̃daz obstinatiõis itelligi põt. Illã tm̃ diffinitionẽ Aug. i li. retractationũ memozãs aliqd adũciẽdũ ibi foze: nec asserẽdo se dixisse aperit ita dicẽs. Qõ qdez nõ cõfirmaui: quoniã hoc putare me dixi: sz tm̃ addẽdũ fuit si i hac scelerata mẽtis puersitate finierit hãc vitã. quoniã de quocũq̃z pessimo i hac vita ꝓsti tuto: nec ẽ desperãdũ: nec p illo iprudẽter ozat̃ de quo nõ desperat̃. His ꝯbis insinuat̃ peccatũ ꝑmissa diffinitiõe descriptũ: tũc solũ debere dici ad mortẽ vel spiritũ sctũz: cũ nõ bz committem pniaz: nec de aliquo pctõze in hac vita desperãdũ eẽ: z iõ p⁹ oi esse ozãdũ. Vñ illud Joãnis. Nõ p eo dico vt qs ozet: sic accipiẽdũ videt: vt p⁹ aliquo peccãte ad mortẽ vel in spiritũ sctũz postq̃z finierit hãc vitã nõ ozemus. Dũ autẽ in hac vita est nec pctũz illius iudicare: nec de illo desperare: sz p illo ozare debem⁹. Vñ augu. de verbis dñi: z de impnia que ẽ blasphemia i spiritũ sctũz: sic ait. Ista impnia vel coz ipenitens q̃diu q̃z i carne hac viuit hõ: nõ põt iudicari. de nullo. n. desperãduz ẽ q̃diu patiẽtia dei ipz ad pniaz adducit. Paganus ẽ hodie. iude⁹. infidelis ẽ hodie. hereticus est hodie. scismaticus est hodie. Quid si cras amplectatur catholicaz pacẽ z seq̃tur catholicã veritatem? Quid si isti quos in quocũq̃z gñe erroꝛis notas z tanq̃z desperatissimos dãnas anteq̃z finiãt istã vitã agit pniam: z inueniunt verã requiẽ z vitã i futuro? Nolite ergo ante tẽpus iudicare quẽq̃z. Ex his oñditur p singulis peccatoꝛibus i hac vita esse ozandũ: nec de aliquo eẽ diffidendũ: qz cõuerti põt dum in hac vita ẽ: qz nõ põt sciri de aliquo vtrũ peccauerit ad mortẽ vel in spũz sctũm: nisi cũ ab hac vita discesserit: nisi forte alicui p spũz sctũz mirabil̃r reuelatũ fuerit. Ex pdictis aliqñ tenus capi põt quo mõ accipiat̃ pctũm i spũz sanctũ. s. iuidẽtia gr̃e fraternitatẽ ipenitẽter oppugnans: q̃ vtiq̃z obstinatio eẽ vr̃: z ois ipenitẽtis obstinatio atq̃z desperatio. Notãdũ vero est q nõ ois qui nõ penitet ipenitẽs dici põt: qz ipnia ꝓprie obstinati ẽ: z vt qdã volũt etiã dsperati.

¶ Alia assignatio pcti in spiritũ sanctũ.

De hoc quoq̃z pctõ in spiritũ sanctum. Ambrosius in libzo de spiritu sancto: assignationẽ diffinitã differens tradit: dicẽs. Cur dñs dixerit. qui blasphemauerit in filiũ hois re. ei: q aũt blasphemat i spũz sanctũ nec hic nec i futuro re. ei. diligẽter aduerte. Aliud alia est offensio filij: alia spirit⁹ sancti? Sicut vna dignitas: sic vna iniuria. Sz si qs corꝛois specie deceptus humani: remissi⁹ aliquid sentit de christi carne q̃z dignũ est: habet culpam. Non est tamẽ exclusus a venia: si quis vero sancti spiritus dignitatem z maiestatem z potestatem abneget sempiternam: z putet non in spiritu dei eũci demonia: sed in belzebub: ñ potest ibi exhortatio eẽ venie: vbi sacrilegij plenitudo ẽ. Satis aperte hic explicat qõ sit pctũz i spũz sanctũ: qõ illi Aug. descriptioni ꝓgruere videt: q̃ illud pctũz dr̃ eẽ iuidentia gratie oppugnans fraternitatem. Qui enim post cognitionez veritatis: spũs sancti ꝯtutẽ negat

eiusq; opera dicit esse belzebub: potestati bonitati ⁊ gratie dei nō inuidere dubitaſ. Non itaq; distinctio illa verborum sic accipienda est quasi trium personarum diuise sint offense: sed ibi genera peccatorum distincta sunt. Peccatum enim in patrem id itelligiſ quod fit per infirmitatem: quia patri scriptura frequenter attribuit potentiaz: peccatum in filiuz quod fit p ignorantiam: qz sapiētia filio attribuiſ. Tertiuz expositum est. Qui ergo peccat per infirmitatez vel per ignorantiam: facile veniam adipiscitur Sed non ille qui peccat in spiritum sanctum. Cum autem vna sit potentia: sapiētia: bonitas triuz: quare pri potentia: filio sapiētia: spūi scō bonitas sepius assignetur dictuz est superius.

¶ Diuisio textus.

Postquā diuersa genera peccatorum assignauit. In parte ista determinat de quodam genere peccati quod ceteris alys grauius iuenitur. s. ō peccato i spirituz sanctuz. Et diuiditur in partes duas. In primo ostendit grauitatem huius peccati. In secūda iquirit quid sit istud peccatum. ibi. (Sed queritur qd sit ꝛc.) Et diuidiſ i partes tres secūdū tres assignationes huius peccat quas fecit. Secunda. ibi. (Est ⁊ alia huius peccati ꝛc.) Tertia ibi. (De hoc quoq; peccato ꝛc.) Prima diuiditur i duas. In prima ponit assignationē quādaz peccati i spiritū sanctū magistralē. In secūda mouet quādā questionē ⁊ soluit. ibi. (Sed queriſ vtruz ois obstinatio mentis ꝛc.) (Est ⁊ alia hꝫ ꝛc.) Dic ponit secundam assignationem ex verbis Augustini sumpta: ⁊ pmo ponit eā. Secūdo ex verbis eiusdē ostēdit quo modo sit accipiēda ibi. (Illā tamē diffinitionē scōz Ambro.) Et primo ponit eā. Secūdo remouet quoddā dubiuz quod posset esse ibi. (Nō itaq; distinctio illa verboꝝ.)

¶ Questio. I.

